Sermo Ari. & dixit Arist. quod sanguis cuiuslibet aīalis coagulatur, pter sanguinem cerui & leporis, & oīs sanguis a quo auferunt fila apparatus in ipso nō coagulatur: & illa fila sunt media inter substātiā uenāꝝ & neruoꝝ. Et sanguis corpoꝝ tepatoꝝ: & tpatus in q̄titate: & in sanguine coꝝ q potāt multū uinū: & magis sanguine coꝝ q sunt pingua. Et sanguis hoīs ē tempatus in sua liquiditate: & color eius est color grane. Et sanguis aīalium magnos spissus magis: & sanguis mēbroꝝ inferioꝝ spissior & nigrior sanguine membrorum, supioꝝ. Et primum mēbroꝝ quod fit in sanguine, sicut cognoscitur ex anothomia est cor, & istud est signū quod sanguis totius corporis nutrimētū fit a corde, & nō ab epate, nisi p iuuamētū cordis, & tūc epar nō erit inlēm, & opans sanguinē nisi mediante & secundario. Et dixit Arist. quod homo sudabit sanguinem, aut qā eius sanguis multus ē in q̄titate: aut quia eius sanguis subtilis paucus seruēs. Et qđo dormit homo eius sanguis conuertit ad interiora: & significatio sup hoc est, quia hoīe dormiēte si

findatur eius cutis nou exhibit eius sanguis, sicut in uigilate. Et mulieres hominum habent plus sanguinem q̄ foeminae aliorum animalium, scdm̄ quantitatem sui corporis, & per hoc habet̄ menstrū sanguinis, & alia animalia nō. Et sanguis mulierum est multum interius, & uirorum magis exteri⁹. Et raro accidit mulieribus ægritudo ex sanguine, & raro emittunt sanguinem per nares. Et sanguis senum est niger, & spissus, & paucus. Et quædā humiditates nascūt̄ in aiali cū ipso, & cū ipse nascitur. & quædā post, ut lac & sperma, & lac alterat̄ in mamillis: & lac fit ex sanguine sup̄fluo, & ille sanguis qui trās̄it in lac nō est decoctus, decoctione summa. Sed sperma fit ex sanguine bono: & decocto, decoctiōe bona, & completa. Et dico quod summa digestio est q̄rta digestio, & dico quia nutrimentum primo digeritur in stomacho, & post fit sanguis in epate: & post in uenis, & q̄rto in mēbris: & post quodlibet membrū pręparat̄ istud ad similitudinē sui, & tūc tali nutrimento fit sperma. Et quanto de hoīe exit sperma multū discolorat̄, & debilitatur suum corpus magis q̄ si quadragies exiret de suo corpore sanguis tantus: q̄a sperma est res habitata ad trās̄eundum in mēbra: & cum exit aufertur naturale nutrimentum membri: quādo exit in maiori quātitate, q̄ id quod fuit residuū de nutrimento membri. Et p̄pter hoc dixerūt medici antiqui, quod sperma fuit de humiditate nup̄ coagulata: & in membro est nutrimentum, & illud nutrimentū hoc sup̄fluuū quod differt ab eo in quātitate: alius in q̄litate: & illud trās̄it in capillos. Et quod est sup̄fluum in quantitate: & nō differt in qualitate est sperma. Et lac fit ex sanguine in uenis, & in eo sunt tres substantiæ. serosa. butirosa. & caseata, & oē lac quanto est magis spissum, tanto de eo exit magis caseus spissus. Et lac aialis quod hēt cornua, & caret dentibus in mādibula superiori cito coagulāt̄, sicut suum sæpum, & non fit ita de alio lactæ: & frigus nō coagulat lac, sed facit distinctionē in partibus: & calor magis coagulat lac q̄ frigus. Et lac magis subtile est cameli, & iumentorū: & asinarum: & spissus est lac bufalogū. Et lac cōiunctum partui nihil ualet: & quod est multū remotum a parte nihil ualet. Et in mulierib⁹ habētibus carnem multam: & multū sanguinē sunt ubera plena lactæ sine partu: & in uetulis quando rescindit̄ menstrū, sunt aliq̄do ubera plena sanguine sine partu. Et capra parua ante q̄ imp̄gneē confricant̄ eius mamille, & prius exit sanguis: & postea quali sanies: & post exit lac, quod ē aquosum dulce, sicut illud quod exit post partum, & nō peius, & habebūt conum in mamillis, sicut illæ quæ peperūt. Et iam cōtingit in quadam ciuitate, quæ dicebat̄ chimam, quod caper prope uirgam habebat quædam additamenta ad similitudinem mamillarum: & confricabāt̄: & exiuit tantum de lactæ quod factus est caseus inde, & ille coiuit cum capra, & genuit filium, & ille caper filius iterum emisit de suis additamentis lac. Et uiri emittunt de suis mamillis lac, & si continue de suis mamillis lac exprimerent abundaret multum in eis. Et lac cameli & iumentū non habet in se substantiam caseatam, uel si habet illud erit modicum, & lac uaccarum abundat in substantia caseata, & coagulata. Et lac ficuum coagulat lac, & nullum animal habet coagulatum nisi ruminans præterquam lepus: & dico quod inuenitur in uentre ursi coagulū: & forte potest reperiri in alio animali. Et in ciuitate quæ dicitur ferim: sunt quædā uaccæ abundantes in lactæ, & qui uult extrahere illud lac oportet ut se multum exprimat. Et in ciuitate quæ dicit̄ anchoroz, sunt uaccæ magnæ abundantes in lactæ, & similiter illius ciuitatis canes sunt magni, & in omni q̄drupedali ipsius ciuitatis cōtingit ista magnitudo præterq̄ in asinis. Et quædam sunt pascua in quibus animalia pascētia dant multum lac: & quædam sunt in quibus pascētia dant modicum lac. Et ouis abundat in lactæ per octo menses, & hoc non reperit̄ in cæteris animalibus, nisi in uaccis ciuitatis, quæ dicitur farui quæ abundat in lactæ per annum. Et mulieres nigrae habent magis sanum lac. Et inferius loquemur de spermate, & omne animal habens sanguinem, habet sp̄ma: & semen aialis habentis pilos est uiscozum: & alterius aialis nō sic. Et sp̄ma aialis extra subtiliat̄: qm̄ de eo exit pars uetosa quæ condēfant̄ partes eius. Et quia eius coagulatio est per calorem magnum, ideo eius subtiliatio est per frigus. Et sperma habens in se uirtuten generatiuam descendit ad fundum aquæ, & mentitus est. Acedat quando dixit quod sperma nigrorum esset nigrum.

INCIPIT liber quartus de anothosnia aialiū aquaticorū, & de mēbris anuloforū.

ET animalium carentium sanguine: est quoddam genus: quod dicitur malchie. Et quædam genus est huius malchie, quod suus uenter est similis cani inferius: & suum extra est testem. Et econuerso quoddam genus malchie habet suum intra durum: & suum extra molle: & illud quod est durum extra non frangitur: sed est cōuertibile: sicut cōtingit in cancro, & est quoddā genus illius quod hēt suū intra molle, & suū extra testem: & istud testem pōt frāgi sicut coche. Et aialia anulosa quæ hnt̄ anulos in uentre, quædā in dorso, & quædā in circuitu: & nullū anulosum habet carnē uel os: sed hnt̄ mēbra q̄ assimilantur carni, et ossi: et proportionantur eis. et quædā animalia anulosa habent anulos duplicatos in longitudine

mēbroꝝ suoꝝ, sicut illud qđ dicit̃. xx. pedū, et qđā anulosa aliqđo uolat, et aliqđo ambulāt, et quā-
 dā in uno tpe tñ uolat: ut formicæ. et quoddā genus malachie qđ hēt caput sub pedib⁹, et corp⁹ cō-
 culcatum sup caput: & hēt octo pedes: & quoddā genus malachie hēt multos pedes: sicut illud ge-
 nus qđ fanage dicit̃, & est quoddā aliud genus malachie, qđ assimilāt a fagane, & hēt duo addita-
 mēta, cū qbus capit suū nutrimētū, & ponit in os suū, & sunt ualde dura in extremitatibus suis, & qđ-
 do mare est infremitū: tūc illud aīal uēto ad lapides, & quiescit sup lapides, & tenet se sup illos per il-
 la additamēta, & iuuat se cū eis: cū stuperit ex aliqua occasiōe: & duo eius pedes anteriores ponūt
 suū nutrimētū usq; ad oculos, & cū pedibus suis posterioribus iuuat se in coitu, & in superiori parte
 ad pedes suos, est in eo cāna, cū qua eicit suam hūiditatem supfluā, & suū sp̃ma eicit in muliere suā
 & natat cū pedibus suis, & oculi eius sunt sup caput, & os eius ē in dorso: in ore eius ē modica caro,
 & nō hēt linguā, & in capitibus eius apparēt, q̃si apostemata, & qđ capit, pedibus capit, & illud qđ
 hēt multos pedes in illo genere ē pui corpis. Et longamē pedū, & oēs alii malachie sunt magni cor-
 poris, & curtoꝝ pedū & debilis incessus, & forte de isto genere ē qđā spēs quæ dicit̃ scedme, & hēt
 duos cubitos in lōgitudine, & de isto genere ē sicut comē, qđ hēt q̃nque cubitos in lōgitudine, &
 forte pes eius qđ dicit̃ multoꝝ pedū: ē duoꝝ cubitoꝝ & plus. Et piscis qđ dicit̃ domi hēt alā qđ ambit
 suū corpus, sed alā eius, qđ dicit̃ tomDET: hēt diuisionē in p̃ribus, & malachie hēt coriū, qđ coopit
 sua corpora, & hēt yfophagū post orificia, longū & gracile cōtinuat se cū quodā mēbro, qđ est sise ipse
 Sed ille yfophagus hēt in se in uolatā sui: & hēt intestina gracila: & illa intestina sunt magis sp̃ssa:
 qđ yfophagus, & post ista non sunt apparētia in ipsa malachie: nisi solū uas semis, qđ dicit̃ mastucō.
 Et qñ eicit illud qđ ē ex hūiditate in illo uasē semis factō aq̃ turbidā, & hæc opatio ē maxie sapiæ,
 & istud uas ē ei sub orā suā, & suā supfluitatē, & suū sp̃ma eicit p unū exitū, & corpuseius hēt sup se
 pilos, & interiora corpoꝝ istoꝝ p̃dictoꝝ huius generis sunt dura media, inter os & spinā. Et in eo
 dē ē res cartilagiōsa: sicut anulus intra corp⁹ suū: sed ascheramenet nō hēt in suo interiori aliqđ rē du-
 rā, sed i circuitu capitis ē res cartilagiōsa, qđ cū findit̃ fit durior, & sub stomacho mariū ē res exsistualis
 quæ trāsīt ad medullā in sursum, & alia qđ ad inferius p̃cedit. Et in foemīs sunt duæ res exsistuales, &
 sub illis sūt duo uasa rubea: qđ tenēt intra se oua, & tumescūt illa uasa aliqñ, qđ fiūt maiora qđ caput.
 Sed animal qđ dicit̃ sapiæ hēt duo uasa: & implet se illa uasa ouis: & oua eius assimilāt gradini, &
 in oibus istis sp̃ibus sunt mares pulchriores foemīs. Et sup masculos sunt foemīæ, & anteriora istaꝝ
 sunt magis magna, & ps illa quæ dicit̃ ascheramenet qđ est maior corpe, similit̃ natat sup aq̃, & istud
 qđ natat in medio inter supficiē aq̃ & funda sunt minores. Et qđ sunt minime in ista sp̃e ambulāt in
 fundo, et minimi inter istos sunt illi qđ nō hnt iūcturas in pedib⁹. Et ē quoddam genus illoꝝ aīalium
 qđ p̃pe ripas maris, semp pascit̃: et unū aliquādo eiicit ab undis, et nunq̃ redit et morit̃ tūc tadē, et
 ē modicū ualde. Et ē quoddā genus aīalium: qđ ē testeū, et nō exit de illa testa, aliqđ exeūt sui pedes
 et suū caput, et hic nō appetit comedere. Sed aīal qđ ē mollis teste hēt spēs multas, et de isto genere
 sunt cācri, et illoꝝ cancroꝝ multæ sunt spēs, qđ sunt maiores, et qđā minores sunt, et maiores sunt
 sicut yrcali et alia genera. et dico qđ iā narratū fuit mihi qđ in mari trabazacei ē unū genus cācroꝝ
 qđ sup coriū eius sūt maculæ q̃si eēt picturæ et tincturæ subtiles mirabiles. et dixit Arist. qđ istoꝝ
 cācroꝝ corpoꝝ, ē quoddā gen⁹, qđ uocat milites, qđ currit mltū, et iuenit̃ in uētrib⁹ eoꝝ caro aut hu-
 miditas supflua, et nō pascit̃ ex aliqđ re qđ in se hēt soliditatē, et isti cācri hnt decē pedes, sicut uespæ,
 sed alafarim hēt. xii. pedes, et pedes eius qđ sunt p̃pe caput sunt acutiore, et ampliores sunt postero-
 res, et caruisse hēt ex utraq; pte anteri⁹. x. pedes grossos: in posteriori ex utraq; pte inter pedes gra-
 ciles et pedes suos, et iūcturas eoꝝ reuoluit in se. Sed alafarij et sua indiuidua hēt caudā & corpus et
 karato hēt pedes subtiles, & sunt in posteriori pte, & pedes oīum istoꝝ sunt longi. et corpus cancri
 est rotūdū, et pedes anteriores in foemīa Karabus sunt fissi, & in eius mare, et alæ foemīæ sunt maio-
 res qđ masculi, & sua colla sunt maiora, et pedes posteriores masculi sunt magis acuti, et in illo gene-
 re foemīæ et masculi: et in isto genere habēt qđā additamēta inter oculos, admodū uanarum, & ha-
 bent quædam cornua puula: et pōt mouere oculos suos ad oēm ptem, et sunt eminētes, et ita faciūt
 oculi cācri, et accedūt ad albedinē: et sunt in eis maculæ nigræ, et hnt dentes acutos et puos: et sunt
 oppositi inferioribus superioribus, et nō fertosi, et maxime in pte dextra: sed i pte sinistra est diuersitas
 inter eos qđ sunt in medio: quia illi qui sunt in sine: sunt acuti, et distāt inter se: et qđ in medio carēt acu-
 mine. et numerus dētū inferioribus sunt q̃rtuor, et supius tres, et mouēt supiores cōtra inferiores quan-
 do uolunt aliquid retinere, et capere: et super istam aciem dentium sunt duo dentes magni graciles
 acuti, et sub dētibus tenet auriculas, et mouet semper auriculas, et extremitates auricularum sunt
 spinosæ: et in uētribus cancroꝝ sunt qđā foramiā quæ se claudunt, et se apiunt: et oua foemīaꝝ can-
 croꝝ sunt i suis intestinis. S; Karab⁹ hēt itra os suū duos dētes molles & magnos, & inter illos ē caro

q̄ affilac̄ linguā, & hēt alios tres dētes in una acie q̄ sunt inferius: & post dētes ē suus yfophagus, & ē ualde curtus, & est suus stomachus ad similitudinem tæle, & post sunt intestina, & durat usq; ad locū exitus stercoreis, & habet unum locum proprium qui procedit a uentre ad eundem locum exitus quam procedit sperma: & locus ille per quem procedit sperma est sub intestinis. Et cornu dextrum est maius: & inter cornua sua super quæ fixi sunt oculi, & illa additamenta: in quibus sunt sui oculi aliquādo sunt remota ī se, aliquādo propinqua: sicut hic maxie cōtingit in cancris q̄ dñr yrcalie. Et omnes inspirant aquam & eiciunt ipsam. Sed animalia quæ habent testas duras & sunt maxima sicut yrcalii marini: quædam habēt inter testā carnem sicut calapagu. & caput istoz quæ habēt testas duras, ut in pluribus est lōgum, & nō apparēt: & quædā quæ habēt testas, habent unicam testam integram: & quædam habēt ex una parte unā testam, & in alia aliam, & quædam sunt quæ aperiūt suam testam, & quædam nō aperiūt. Et quæ aperiūt: quædā sunt quæ aperiūt ex una parte: quædā ex duabus partibus: & quædā aperiūt ex omni parte. Et quædam hñt testas planas: & quædā aspax: & quædam sunt quæ hñt diuisionem in suis testis: & quædam sunt quæ hñt testam totā unius naturæ. Et quædam sunt hñtes diuersitatem in suis testis: ita quod in extremitate sunt tenuitates, & ī medio spissitudo. Et habētium testas quædam sunt mobilia: & quædam immobilia: & mobilia quædā sunt quæ de facili fundunt aquam & cito mouentur: & quædam sunt quæ sunt fixa suis testis, & q̄dā sunt quæ exeunt a suis testis. Et omne istud quod egreditur a sua testa, & ingreditur illaz habent carnem durā: & in medio sui habet caput, & duo cornua, & quædam eorū habent dentes, & quædā eorum habent calceos quibus pascūtur sicuti linguæ in animalibus, & fortasse ille calceus est sicut aculeus: & ita acutus: quod etiam potest perforare testas, & aliorum testeorū, & omnibus istis uniuersaliter est os, & post orificium sequetur in eis meatus qui dicitur similis pape, & subtus istū meatum sunt duo additamenta ad modum conorum uberum. & cum stomacho continuatur quoddam intestinum: quod procedit in æquali rectitudine ad anum, & inueniuntur secundum diuersitatē specierum in istis animalibus duritas membrorum post intestinum: uelut additamenta nigra, grossa, & meatus cificientes: & libidine etiam caput habet: & cornua & os, & linguā, & hic nō distinguuntur nisi in magnis, & additamenta conosa non distinguuntur perceptibiliter: nisi in magnis: & q̄ mouentur in eis habēt foramen in testa sua: per quod eiciunt suam superfluitatē, & ex cancris est quoddam genus, quod assimilatur araneis. Et Aristo. dixit in prima doctrina anothomiam, & similitudines harum specierum, & nos desiderauimus abreuiationem eius. Iricius autem marinus habet in interiore parte sui loco carnis partes nigras. Et est ex eo quoddam genus, quod habet intra simile ouo magno, & inuenitur illud tam in magnis q̄ in paruulis, & comeditur ex eis yricus. Sunt duo genera carnea: unum ergo magni corporis: & aliud genus parui & spatiosum, & totum dorsum eius est carneum. Et ex eo est genus: quod erit in regione tani, quod est albus in testa & spinis, & erit maioris lōgitudinis, q̄ alii sui generis, & sue spine sunt parue & tendentes ad molliciem, & multiplicatē in eo ptes magne q̄ sūt post os suū. Et oēs yrcalii marini hñt os inferius: & anū supi⁹, & caput inferi⁹, & hñt qnq; dentes in pfundo inter quos est quædam caro quæ assimilatur linguæ: deinde yfophagus, deinde stomachus diuisus in quinq; partes repletas humiditate: & qualibet illarum partium continuatur cum sifac tendentes ad anum, & ipse utitur spinis loco pedum: & morietur inhærendo sup suas spinas. Et de animalibus testeis sunt quædam quæ duobus pedibus suis adhærent lapidibus: & appellantur balica: & capit quicquid transit per ipsum, de piscibus paruis, & aliis. Et ex istis speciebus est quoddam genus quod comedit yrcios marinos: animal autem quod appellatur mastuc, habet carnem duram, & non inuenitur in corpore eius humiditas, ac si esset de natura arborum, & ē quoddam genus eius: quod dicitur mastuc, quod est parui corporis, & comeditur ab hominibus, & alia species magni corporis cuius caro induratur aliquātulum, & comeditur, & per omnem tactū dissipat & macrescit in mari. Aial autem anulofuz cuius alæ sunt sicut mēbrana: sicut scolasci. Alia quæ non habent in membrana: sicut uespa: habet caput & per membra eius, & uentrem: & postq̄ amputatur uiuunt per horam: nisi complexio eorum fuerit multum frigida: aut tãgat illa in ea hora multum frigus: & apes amputantur per medium, & uiuunt per horam: & istud est quādo amputatur cum capite pectus in medio, sed non amputatur caput per se: statim moriuntur. & animal qd̄ habet corpus longum: sicut anima quod habet uiginti pedes: quando finditur per medium, utraq; pars morietur per se, & huic animali non apparet in eo aliquod mēbrum cū quo fertiat, nisi oculi solū, & q̄dā species huius est q̄ hēt linguā. & alia spēs ē q̄ hēt mēbrū cū quo gustat: & q̄dā hñt illud mēbrū durū: & q̄dā hñt illd̄ mēbrū molle, & illd̄ cōtigit illis q̄ nō hñt aculeū ante neq; p⁹: sicut scorpio, & muscæ findūt cutes aialiū cū istis mēbris: & mordēt cū isto mēbro musciliones, & sugūt, & sãguinē cū eo, & istoz aialiū anulofoz q̄dā hñt iterius latēt aculeū, ut apes, & q̄dā extra apparent, ut

scorpio. Et anulosoꝝ uolatiuū q̄daꝝ sunt quæ habēt duas alas: ut muscæ, & quædā quattuor, ut uespæ, & illoꝝ quædam sunt quæ saltāt, & quædā sunt quæ coeunt, ut locustæ, & sunt illa quæ hñt pedes posteriores longiores, & ista pars q̄ ita coit nō hēt testā, neq; spinas, neq; ossa: nisi solū coriū durum. Et q̄dā illoꝝ hñt illud coriū magis subtile: & quædā illoꝝ hñt illud coriū corā pectore durū: ita qd̄ uidet̄ de genere: & hēt per os unū intestinū qd̄ p̄cedit recte: & modica pars eius hēt inuolutionem per se: & p̄cedit usq; ad anū: & quædam istoꝝ habent stomachū. Et illud aīal qd̄ clamat de nocte ad modū cicadæ: uel cachet nō habet os, sed habet linguā q̄dam quæ nascit̄ a medio sui corpis: & nō findit̄ ista lingua: & in suis mēbris inferioribus nō repit̄ superfluitas: & in medio sui corpis est quædam tela quæ apparet. Et in mari q̄dam sunt animalia quæ assimilantur animalibus alterius generis: quia quædam sunt quæ assimilantur frustro ligni: & alia quæ assimilātur uirgæ naturali: & in loco testiculorum habēt alas: & quædam quæ assimilantur colubris rubris.

Capitulum de sensu & motu, & uigilia, & somno: & qualr̄ fit masculus: & q̄st̄ fœmia.



DMne aīal sanguineū: & qd̄ generat aīal hēt nq; sensus: nisi quoddā genus muris, cuius oculi sunt coopti sub corio: & habet pupillā & coronā & albedinē. Et pisces gustant & ideo appetūt quædā cibaria: & quædā renuūt. Et in piscibus nō apparēt mēbra, auditus neq; olfatus: & nares pisciū non pueniūt ad medullā, sed p̄cedūt ad eoz; auriculas: sed tamen nisi audirēt non fugerēt pp̄ sonitum: & nisi olfarēt nō uenirēt ad rete pp̄ lac: & alias res in rete olfacibiles. Et dico q̄ uidi illos ueniētes ad locū ubi fuit lac, & cito capiebantur, & uidi illos ueniētes ad sonitum de alabud: & applicātur ad palatium ad illum sonitum: & fugiunt cum deficit sonitus: & cum iterum cantatur itez; reuertūtur. & dixit Arist. qd̄ delphin & unū genus aliud piscium ad tonitrua, & motū alium magnum cadūt subito ad fundum: quasi eēt in eis epilensia: & tūc capiuntur, sicut capiuntur ebrii: & delphin mēbrum auditus nō habet, & piscatores cum iungunt̄ ad capiēdum pisces, loquūtur tacite: & auferūt remos a nauibus, ne faciāt tumultum, & postq̄ circuerūt ipsos recidāt uoces, ut cōueniant in medio, & cū una pars pisciū uadit ad pascendum secrete recipiunt illos piscatores paulatim, & non fugiunt pisces qui sunt in riuo: & confricant se ad lapides: & ex illo motu in confricationem cadunt quasi ebrii: & uadunt quasi mortificati, & tunc ista sunt signa sui auditus. Et adhuc quod omnes experimentatores testantur quod etiam multum audiunt, & etiam maxime pisces qui dicuntur astacor, & cethi, & arumim, & similiter qd̄ pisces olfaciūt: q̄ capiuntur per olfactionē, quia quidā capiuntur per odorē acetosum: & quidam p̄ odorem rei saltæ: & quidam per tamum. Et piscatores accipiūt a fastē & assant ipsū, & ponunt ipsū in rete, & statim intrant pisces rete propter odorem assī, & pisces quidam fugiunt a loco albugionis alterius piscis interfecti, & fugiunt a sanguine alterius piscis, & q̄dam fugiunt a fordiciæ hamorum, & si fuerunt limpida ueniunt ad illa. Et quidam de delphinis & aliorum piscium, ad quoz; medullas peruenerit sonitus, & nō habet instrumētum auditus, sed audiunt quodam extraneo modo appropriato eis & non aliis. Et aīalia anulosa hñt sensus multū acutos, & olfaciūt, & gustant, & audiunt a remotis, & sunt quidam odores, qui eis placent, & interficiuntur a quibusdam odoribus: sicut ab odore sulfuris, & arse cutis, & origani, igitur, & sicut formicæ, quæ quando ad foramen earum aliquid de prædictis rebus ponitur moriuntur, & fugiunt a fumo storacis. Et omnia anulosa fugiunt a fumo cornu cerui, & cefenegi: ita diligit storacem duram: quod quando est in fumo eius si amputari deberet non fugeret, & fugit de fumo speciei quæ dicitur obore: & apes non ueniunt ad locum mali odoris, & non quiescunt nisi in loco boni odoris, & ubi est dulcedo. Et animalium testorum quædam diligunt odorem malum, sicut quod dicitur cochera, sed nescimus utrum habeant uisum, uel nō, uel auditum. Sed in sermone uocum animalium deberemus dicere: quia quædā sunt uocum fortium, & quædā debiliū: & quædam loquuntur, sed loqui proprium est hominis: & ipse formare uocabula & extrahere sermonē a cannis pulmonis. Sed uox reperitur in omni animalis quod habet arteriam & pulmonem, & nō dat uocem nisi animal quod respirat, sed quod nō respirat aliter facit sonum. Et quod sibilat, sibilat per quādam telam quæ est sub diafragmate. Sed muscæ faciunt sonum per motum alarum. Et nullum aīal marinum habēs testam molem facit uocem uel sonitum. Et si obiiciatur de quodam genere piscis quod facit uocem: sicut illud genus piscis quod dicitur lara liaremim: & similiter gir. quod inhabitat terram de celeug. Et istorum prædictorum sunt quæ dant uocem non dico sonum: de spina suæ caudæ auricularum, & quædā faciunt uocem per confricationem spiritus q̄ est in suo corpe, & celega audit̄ facere sonum ora catinum & piscis assimilatus pectini quando findit̄ aquam facit sonū admodū celete & yrundines marini quando feriunt eum alis suis aera faciunt strepitum somnorum. Et delphin sibilat, & habet pulmonem, sed postquam fuerit super terram nō facit uocem. Et serpentes sibilant, & carapagnam dicit̄.

cortuca habet debilem uocem. Et rana habet linguam coniunctam cum mandibula: sicut est in piscibus non dat uocem nisi in aqua. Et cum facit uocem suam mandibula est in aqua: & illa uox dicitur coax, & cum exit aquam facit uocem alterius modi: & cum facit uoces in aqua emittit suos oculos fortiter. Et animalia facientia uocem faciunt diuersos tonos. Et aues quæ habent linguam amplam imitantur uocem hominis. Et in quibusdam auibus est diuersitas in sono maris & foeminae. Et auis maioris corporis habet maiorem uocem: & proprie tempore coitus: quia tunc dat plures uoces. Et quædam aues sunt quarum foeminae & mares cantant sicut genus quod dicitur arudo, & tales aues sunt quarum aues sunt mascula clamant suas foeminas ante coitum, & quædam faciunt uoces post, sicut gallus. Et quædam aues quæ non cantant neque habent uocem nisi ualde remissam nisi masculi qui cantant sicut galli. Et quædam aues quæ assimilantur perdicibus, & quando homo nascitur naturaliter surde facit uocem & non potest loqui, sed itrauli non sibi similes sunt. Sed pulli auium cum sunt parui differunt suis uocibus a uocibus patrum quousque magnescunt, sicut palumbi. Et iam dixerunt homines quod una auis eorum quæ appellatur adon monstrauit tonum suum pullo uel alterius auis, & tunc significat super hoc, quod aues quædam faciunt quosdam tonos per naturam: & quædam per doctrinam: sed elephas per calcem facit contractionem: & pes suus facit uocem.

Capitulum de somno animalium.

De somno animalium dicamus. Omne animal habet sanguinem & quod ambulat dormit & uigilat. Et omne habens palpebras claudit eas cum dormit. Et alia animalia quæ homo somniat & significatio super hoc est eorum motus in somno. Et animal faciens oua facit somnum tenuem. Et illud animal similiter quod est testæ mollis. Sed in animali testæ mollis non percipitur somnus, quia non habet palpebras: sed percipitur per hoc quod quiescit, & potest capi & non fugit. Et sunt quædam species piscium quæ magis dormiunt de die quam de nocte. Et quædam marina dormiunt super terram, & quædam super cautes: & quædam in harena. & significatio super hoc est quod impressio eorum inuenitur post in harena: sed cellete multum dormit ita profunde quod capitur manu. Sed delfin dormit & eicit a se cannam in aere per quam inspirat & auditur stertens stertere. Et anulosa dormiunt, & significatio super hoc est quod aliquando inueniuntur quiescere: & parui non somniant recte ante .iiii. annum, & multi homines non somniant antequam sint magni & quidam nunquam. Sed de causa maritatis & foeminitatis dico quod in omnibus animalibus non sunt mares & foeminae sicut in animali marino quod habet testam duram: sed in animalibus mollis testæ quædam habent foeminas quædam non, & quædam sunt quæ non habent mares: & foeminas in suo genere sicut encheles. Et aliquando inueniuntur in harena quædam apparentia fila sicut gafanes & pictura quod sunt filii de enchele: & non sunt quæ in enchele non habet oua, quia sunt in matrice & non in stomacho: quia si essent in stomacho digererentur per ipsum & enchele non habet oua nisi in suo stomacho. Et opinor quod ille qui putauit quod illa in zelim esset mas quæ habet maius & longius caput errauit, quia ista diuersitas est secundum speciem, & inuenimus in libro Aristotelis multos pisces qui non habent in sua specie mares & foeminas. Et quædam non sunt generatiua. Et quædam generant per se sine coitu sicut arbores. Et quæ habent sanguinem & generant sibi similem: semper est maior foemia & uiuit plus. Sed ouantia habent foeminas maiores, sicut in serpentes & ranis & araneis. Et foeminae piscium uiuunt plusquam mares: & significatio super hoc est, quia quando capiuntur pisces semper reperiuntur foeminae maioris ætatis quam mares. Et membra anteriora in maribus sunt fortiora & posteriora in foeminis. Et iuncturae foeminarum sunt debiliores. Et sui capilli graciliores: & suæ uoces acutiores: & aliquando foeminae carerent armis: quæ habent mares ut cerua & galicia, & porca non habent calum, & aliquando in foemina arma sunt fortiora sicut cornu in uacca, & quod eius uires sunt debiliores quam in mare.

Incipit liber quintus de heum de membris naturalibus,

Capitulum in dictione communiter diuersi animalium.

Dicimus quod nullum bipes generat sibi simile nisi homo. Et sicut generat arbor filium sibi similem: ita & animal generat filium sibi similem. Et sicut arbor unius naturæ generat arborem alterius naturæ, sic animal unius naturæ generat animal alterius naturæ sicut gafones, & sicut quædam arbores generant se per se sic quædam animalia se generant per se. Omne animal quod generatur ex animali sibi simile generatur per partum & luxuriam ut in pluribus. Et iam inuenitur genus piscium quod parit & non reperitur mas in illo genere. Et quidam pisces faciunt oua per se, sed mutatio eorum in animalia non potest esse sine mari sicut dicitur. Et quædam animalia generant animalia minora se sicut pediculi qui generant lendes & muscæ & apiculæ quæ faciunt gafones: & illa gafones non alterantur

apiculam, aut muscam. Dico ergo quod opus est ut custodias illud: utrum gauenses ille tandem
 fiunt muscæ & apiculæ, quia quodlibet genus habet suum modum suæ luxuriæ, sicut modus luxu-
 riæ leonis & leporis, quorum masculi mingunt post. Et de proprietate leporum est quod sua foemina
 saltat suum marem aliquando. Et quædam animalia in suo coitu ita se habent quod mas luxuriat cū
 foemina supra eam, & tendat sub. Sed yricii agrestes coeunt coniungendo se sine dorso stantes in
 pedibus. Et quædam foeminae exigunt luxuriam a maribus, sicut foeminae caprorum, quia illa foe-
 mina clamat mares, & mulier comprimit se cum mare. Et quædam tenent de fortitudine maris si-
 cut cerua & uacca, & causa eius quia accidit istis foeminis dolor a percussione uirgæ: quia illa uirga
 est acuta dura nerualis, cum erigitur. Et camela uadit flexa genibus ad camelum, cum appetit coi-
 re. Et elephas foemina descendit ad foueam: ut possit saluari a mare: & appetit coitum in aqua: quia
 uterq; magis iuuatur sibi in coitu: & maxime mas: quia post coitum exaltatur per aquam a foe-
 mina: & aqua iuuat marem: quod exaltetur super foeminam, quia iam contingit quod elephas ascē-
 debat elephantem foemiam in terra ungueni de Kaurezmi, & istud erat mirum quādo coiuit: quā
 assuetudo eius erat non coire: nisi in terra sua, & coiuit quoniam exiit ad terram tōcorascenorum
 & eius confiniū. Et tunc elephas mas uiuit se ex suo culmo, & declarauit crupam foemiæ, & ascē-
 dit super eam, & coiuit, & tunc ex hoc accepimus quod cultus elephantis hēt ei iuuamentū in coi-
 tu, & istud fuit ante tempus p̄dicationis mahometti annis q̄tuor tribus minus. Et de illo mirabili
 fuit quod leo siluestris ducebatur ad p̄dictam ciuitatem: & coiuit cum lea: & genuit ex ea, & istud
 nunq̄ uidebat in alia ciuitate ex ea: & camelus multotiēs coit, & diu. & suū desideriu est fruens tpe
 coitus: & dico quod illo tempore coitus. s. nō accipit camelus nisi modicum de annone, & semper
 appetit coire p̄pe illū locū in quo coiuit p̄mo. Et dico qđ cochi tempore desiderii sui coitus coit: si-
 cut animalia mingentia post, & inter ea est differentia aliquantula: secundum excessum: & in cochis
 semper est uirga ualde magna. Et coitus lupi: est sicut canis coitus. Et quadrupedalia quæ ponunt
 oua coeunt: sicut quadrupedalia q̄ generant filios sibi similes, & illud sicut tortuca, calapagni agre-
 stis & marina. Species autem serpentium, & eorum quæ non habent pedes: tempore coitus inuoluū-
 tur mas & foemina inter se. q. post: sed extimari unum de his biceps. Celetæ coeunt per applicatio-
 nem dorforum. Et animalia marina lati corporis adiungunt masculus eorum dorsum suum uētri
 foeminae: & ea quorum sunt caudæ magnæ per applicationem dorforum, & confricationem uæhe-
 mentem, & fortassis differunt species eorum: sicut differunt canes: & narrauerunt hoc experimēta-
 tores & prudentes. Et notum est quod aues, & quæ ouant uelociora sunt tempore coitus. Delphin
 autem & lupi marini coeunt: ut quadrupedalia: sed in duplo spacio tempis. Sed masculus celetæ
 eius membrum uirgale extendit uersus anum, & extenditur uersus post. Coitus autem pisciū ouā-
 tium est res occulta ualde: & homines dicūt, quod foeminae suscipiunt foemina masculorum mori-
 bus suis, & ita eiiciunt ea in uentrem, & asserit quod foeminae sequūtur masculos transglutientes sua
 semina ueniunt tempore coitus ouorum mares sequūtur foeminas transglutiētes eorum oua, & nō
 transit in animal aliquid de illis ouis: nisi illud quod recipitur intra os maris. Et gallina foemina p̄-
 dicis imprægnatur ex uēto flāte a parte sui mariti, & auditus sonitus eius: & cubaia perdix extra-
 hit linguas suas ad commiscendum se tempore coitus. Malchie autem iungūtur cum oribus: de-
 inde amplectantur sese: & coeunt natantes. Et assumenem proprie foemina eius declinat in terra
 tempore coitus. q. supina & coniungunt oribus suis: & clamat foemina masculum, ut approximēt
 sibi. Et de hoibus sunt quidam qui extimant, quod uirga de assumenem est uernosa: & est uersus pe-
 des, & intrudit uirgam suam in os foeminae suæ. Et quædam animalia sunt mollis testæ, & coeūt si-
 cut quadrupedalia quæ mingunt post, & generant & coitus eorum est tēpore uæris, & luxuriant p̄-
 pe fundum maris: & fortassis erit coitus eorum in quibusdam regionibus in principio temporis fi-
 cum. Et coitus cancerorum est quādo cancer masculus, qui est minor uocat foeminam: & accedit
 foemina subtus ipsum: & accessione aperitur porta quæ est inter tunicas directe coniungit portæ si-
 ue orificio: quod est inter duas tunicas alterius, deinde coniunguntur illæ tunicae donec compleā-
 tur coitus, & longitudo: quæ est inter duas tunicas est maior in foeminis, q̄ inter tunicas in maribus
 & eiiciunt oua p̄ posteriorē partē. Aial aut qđ est anulosum foemina eiicit mēbrū coitus ex se indire-
 ctū instrū maris: ut in illo mēbro recipiat mēbrū maris ita qđ ipsa foemina nō multū mouet ad uirgā
 sed eiicit suū additamentum in directo uirgæ: quod additamentum primum a posteriori parte: &
 quando coniungitur de difficili separantur propter constrictionem suorum membrorum per liga-
 menta. Et quando aranea desiderat coitum per tunicam suæ telæ trahit masculum, & non cessant
 alicere se per huius attractionem quousq; coniungūtur adinuicem: & concurrunt uenter masculi cū
 uentre foeminae. Et scias quod maior appetitus animalis est in fine yemis, & inceptioe uæris. Ho-

De natura animalium

mo autem, & oīa domestica sicut canes et porci coeunt oī tempore. Et desyderium uirorum est magis hyemale: & desyderium mulierum in aestate propter lesionem earum a frigore. Auis autem marina quæ appellat̃ cecchim latinæ alcione coit in uæhemēti hyeme, media. s. & uære quod nidificat vii. diebus ante introitum solis in capricorno, & coit. & ouat. v. oua, & extrahit pullos in. vii. diebus post: & apparet in tempore semel. s. in occasu pleierioduz, & apparet nauibus: & apparet in circuitu nauium: deinde absentat se sicut dicunt sapientes quibus creditur de experimentatoribus, Et animal anulosum facit coitum suum in hyme non expetans uære, quando fuerint uenti austrii, & maxime ea quæ non nidificant sicut muscæ, & formicæ. Et de animalibus quæ ouant semel quædam bis q̄dam ter. Scorpio aut̃ marinus ouat semel i uære, semel in autūno. Et nulla spēs celate ouat bis, nisi illa species quæ cognominatur late uel lænem, quoniam ouat in uære quando occidunt pleieridos. vii. aut. viii. sed nō ouat oua simul imo in tēpore discreto, ita q̄ mō unū mō aliud: & extimant homines quod ouant in mense bis. Et de animalibus marinis quædam ouant omni tempore, & crescunt oua eorum, & magnificantur uelociter. Et quidam pisces sunt qui non ouant nisi in mari: aut in littore eius sicut celemidēs: & nabra, isti quidem non ouant nisi in mari caccoz. Et alii pisces non ouant nisi ubi effluunt flumina in mare, & quidam sunt ex eis qui non ouant nisi ex eleuatione maris. Et ex piscibus est quoddam genus quod appellatur nuēbedez ponit apud tropicon estiuū, q. unū uas plenum ouis. Et ex piscibus quidam generantur in cœno ouat ille piscis qui uocatur castarem. Et de piscibus quidam ouant in parte maris non sicut abundātes in ouis in parte maris: dico in anno semel, & in alia parte abundantes in anno multotiens. Et ille qui uocatur chenumbie, de uersitate mabie ouat omni tempore, & cōplebitur ouatio eius in terra in. xii. dies, & sequitur eā masculus, & sufflans semen suum super oua sua, & oua sua sunt dura ualde: & non natant nisi duo, & duo. Et cefegig coit hyeme, & ouat in uære: & inter illa tempora nidificat, & oua eius sunt sicut fructus nucis parue, & erunt oua eius plura numero: & caput masculorū: & caput foeminarū: & foemina cubant super oua, & abstringit in aluo oua sua antequam comedat carnem suam quando sedet ad comedendum. Et plures pisces marini ouant tempore hyemis: & uæris, de habentibus tæstam præter yricios marinos qui sunt comestibiles ab hominibus, quoniam erunt pleni ouis omni tēpore, & præcipue in plenilunio: & in temporibus dolis in hyeme: & in aestate, nisi qui fuerunt in parte terre quæ dicitur redinugio, in ea. n. parte non ouant nisi modicum, & sunt parui corporis, & pleni ouis. Et plures aues agrestes generant semel. & irundines bis. Auis autem quæ appellatur ba ceccam ouat semel, & antequam recedat hyems destruuntur oua eius: & iterum ouat, & facit pullos. Alius qui domesticatur: & adhæret domibus generat multotiens nisi in medio hyemis sicut columbe, & gallinæ. Et dico ēt quod columbe quando reperiunt colorem, & annonam ouant etiam in medio hyemis: & de columbis quædam sunt species columbarū quæ non domesticantur profus, & aues quæ assimilantur columbis in genere sunt tres species, maiores earum sunt alterata arabice: & post alphachice, & minores arcalgalle. Et meliores sunt pulli qui nascuntur uære, & autumnō, & aestate, & hyeme peiores.

Capitulum de differentia spermatis.

Nunc de differentia dicamus spermatis, & scias quod primum semen adolescentis: & in animalibus diuersatur: tunc si in isto tempore impregnauerit foemina: erit creatura debilis, & hoc accidit in hominibus, & perueniunt ad diminutionem suarum uocum: & suorum colorum: & hoc est uim fuerit prope bis septem ānos. Et sperma quod melius est in eis in illud quod est in fine. xxi. annorum. Et somnium coitus non accidit alicui animali nisi soli hoi, sed forte mutatio uocis accidit cæteris aialibus, & uox eius qui iam processit in diebus est magis sonora: & maris magis sonora quam foeminae præterquam in uacca: & cerua, & uoces iumentorum: & al et alfinora sunt magis clare, & magis acute. Et uacca duorum dentium: & equus duorum dentium luxuriant: & capra, & ouis unius anni luxuriant. Et porcus. iiii. mensium luxuriat: porca. vi. mensium parit: & in quibusdam regionibus non coeunt ante finem. x. mensium. Et masculi sunt meliores ad generandum postquam habuerint tres annos: & canes incipiūt luxuriare ab viii. mensibus, & qui tarde luxuriant sunt unius anni, & illa canis quæ diutius trahit per. lxi. dies, & quidam equi luxuriant post tres annos, & ab isto tertio usque ad. xxx. annos melius generant, licet luxurient usque ad. xxxiii. annos: licet masculi qui non stant cum equabus uiuunt plusquam. zo. anno, & equa potest uiuere. zo. an. & iam uisus fuit equus. 70. annis, & asinus luxuriat post annum usq̄ ad. 30. an, & non potest luxuriare citius quam post duos ānos: & dimidio, & homo masculus nō bene luxuriat nisi ad. 60. ānos in regionibus calidis, & mulier usq̄ ad. 50. sed quod accidit in pleribus est in omnibus masculis, & deficiunt in spermate post. l. annos, uel tardius ad. 60. & mulier ad

47. annos uel ulterius. 60. & ouis usq; ad. 8. annos, & si fuerit bona usq; ad. xi. annos, & fetus cuiuslibet generis ex sene natus est malus, & pprie hoc accidit in porcis, & porcus generat bonos ad. vii. annos: & tunc magis luxuriat: & porcus qui cito luxuriat facit filios paruos: & senes porci parum generat, & hoc cū sunt. xi. ānis, & meliores sui filii sunt qui nascūtur in hyeme, & qui in aestate sunt peiores, & macri: & mali. Et canes generant usq; ad. 18. annos. Et elephas luxuriat usq; ad sex annos & per totum tempus uitæ suæ potest luxuriare, & scēmina elephas postq̄ peperit nō imprægnatur usq; ad triēnium. Et cum imprægnatur post a suo more tenet fetum in uētre per biēnium, & nō parit nisi unicum. Et equa, & camela, & asina tenent in uentre per. xii. menses, & postquam dixit AR. ista narrauit de piscibus: & dixit quod quidam pisces generantur ex luto: & quidā ex harena & luto, & quidam generantur ex lympo quod assimilatur lane uiridi: & dicitur cendame. Et quidā sunt de numero istorum qui dicuntur ab hominibus defendere p̄dictos, & semper sunt parui similes paruis cancri. Et plura alia quæ sunt ræsta nascuntur in tali sceno: & differētia illorum, & secundum differētiā sceni, & harene, & secundum hoc habēt diuersa nomina in græco, & in fixuris lapidum generatur quædam animalia ex quolibet istorum: & uentre suo generatur aliud. Et quædam sunt quæ non recedunt a suis locis in quibus generant: & si auferuntur a suis locis moriuntur. Et illorū est quoddam genus quod est calidum multum in sua complectiōe: & quando transglutiunt aliū quod aīal in momento illud in suo stomacho decoquitur quod esset bis decoctum. Et aumel: & quædam pars cancerorum paruorum generatur a terra: & mutant ræstas secundum multitudinem tēporum. Et quædam animalia intrant conchas aliorum: & comedunt carnes ibi repertas, & morantur post in illis conchis. Et quædam animalia habent ræstam. q. per totum, & generantur ex lapidibus: & dicuntur spōgie, & morantur in fixuris lapidum, & quod in fixuris lapidum stat immobile, & quæ sunt in planitie lapidum mouentur ad pascendum: & in locis in quibus applicantur costæ sunt quædam animalia quæ assimilantur araneis: & dicuntur crescere quousq; fiant animalia. Et spongia hēt tres spēs: & una spēs rara, & alia spissa parua spissa dura, & ista tertia spēs iuenit plena luto, & habet sensum tactum, & ideo se cōstringit contra, cōstringit se cōtra uentum, etiam aliqui in corpore suo generantur gafones: & ille gafones inueniuntur comedere superfuitates corporis sui cum scinditur illa spongia ab hominibus. Et piscis paruus quando scinditur aliqua portio a suo corpore iterum crescit. Et pisces qui morātur in pelago habent carnes magis molles, & illi qui morantur in loco in quo tanguntur a frigore, & uento habēt carnes magis duras. Et frigus intensum, & calor intēsus interficit paruos pisces: & molliores istorum sunt illi prope fundum supra petras: & sunt illi qui morantur super lapides fixi: & non amittunt nigredinem anteq̄ ambulant. Et figit super lapidem per quædam sua additamēta, & sup partem sui inferiorem habet quoddam additamētum amplum. q. membrana spissa. Et illud quod natat prope solum est maius, & oīa illa foramina carthilaginosa sunt clausa, p̄terquam si, aut. g. quæ sunt aperta, & putant homines quod per illa accipiatur nutrimentum. Et in istis est quoddam genus quod uocatur nō ablutum, & est spissum multum, & nō habet ampla foramina carthilaginosa, & inter ista p̄dicta est differētia in nigredine intensa, & ista sunt nigra propter lutum, Et aīal quod dicitur Karabo imp̄gnatur per tres mēses. & postea ponit oua quæ assimilatur raceno, & illa oua sunt inter suam caudam, & suum uētre in utroque latere: & quādo ponit oua eleuat caudam, & quoddam additamētum suū carthilaginofum: ut per cōpræssiōem exprimat oua, & illud additamētum crescit multum tempore positiōis ouorū. Et sæpia ponit unum ouum in luto, & stat super per. xx. dies: & noctes, & postea illud ouum cōstringit se: & suas partes, & post ex illo generat Karabo in termino. xv. dieꝝ: & Karabo assimilatur gafone quod aut fit ex alio aīali, aut aliud animal ex ipso.

Incipit liber sextus, De ouis aīalium: & suis pelliculis, & anothomia eorum.



Allinæ maiores corpore faciūt plura oua usq; ad. ix. Et quædam modus est gallinarum quæ sunt regis adriani, & sunt longæ corpore: & ponūt quottidie, & est mali modi iterficiunt filios, & forte sūt multæ gallinæ quæ ponūt quottidie bis. Et q̄dā sūt quæ p̄pter multitudinem ouorum habēt grauitatem in corpore, & debilitant in uita: & palumbi agrestes, & alius modus est in eis quæ dicuntur truchais, & quæ dicuntur farcauit. Et alius modus est in eis qui dicitur attragalet, & qui assimilatur istis ponūt in anno bis. Et palumbi domestici ponūt fortasse decies in anno. Et aues quæ habēt unguis curuos ponūt in anno semel: & aliquādo plus, & maior numerus ouorum suorū est. x. uel parum plus Sed tubereig quod dicitur ganges, & cubeg, & cor thrace, & dactrahe, & calhüge: & tederuge, ponūt oua sua inter herbas, & quædam aues inter petras aues uocate a græcis cauli similes colori antimodi faciūt nidos suos in arboribus ex luto sicut irundines in specie cathenarū ferri. Sed upupa moratur in fixuras lapidum, & parietum, & ubi po

De natura animalium

quasi comedunt alia augmētāt in eis uenenū sicut serpētes cū comedunt scorpiōes cicius interficiunt. et salua hominis ieiuni interficit aīalia pūgitia. Et dixerunt de quodā homīe qui est in terra dena/ facie: et potest paralizare suum corpus quando uult et pūgitia nō pūgunt suum corpus nisi quā do cogit ea: et cum pūgunt statim post moriuntur. Et dixerunt mihi quod quādam serpens ma/ gnus momordit ipsum: et mortuus est serpens: et induxit effimeram in illo homine: et quando ego fui in illa terra quesui pro homine illo: et erat mortuus: et inueni filium eius qui fecit plura mira/ bilia: et uidi illa: et tradidi multa eorum obliuioni: et de mirabilibus quæ uidi sunt qđ quando mo/ mordit eum serpens fere moriebatur: et suus hanelitus nocuit serpenti. Et dixit Aristo, quod quod/ dam genus serpentis: et est paruorum: et ab illis fugiunt maiores: et illi parui sunt pilosi: et efficitur palidus omnis ille locus super qua mordet. Et in india est paruus serpens: et mordet: et suo morsui non contraualet aliqua tyriaca: et sunt quidam pisces qui impīguātur in principio prægationis et quidam post partum: et masculi impinguantur postquam seminauerint: et coitum mutat colo/ res suos, dealbatur enim in ætate: et nigrescit in uare: et pisces habentes nidō pinguescūt tēpore impregnationis: et pisces riuorum et lacuum impinguant postq̄ ouauerit.

INCIPIT liber nonus. Capitulum De diuersitate masculinitatis: et foeminitatis in aīalibus.

Diuersatur una spēs multipliciter, s. masculinum & foemininum: et ratioe uillarū quæ sunt in diuersis regionibus: et mulieres scđm plurimum sunt obedientes: et maioris domatiōis: et timoris et debilitatis præter leopardas et lupas. extimatur qđ foemīæ quæ earū sunt audiciores et discretiores. Dicim⁹ ergo de moribus: et pmo de homīne. est autem subtilior: et mulieres sunt magis pie quā uiri. et magis conuertibiles: et inuidiores et timidiores: et inuārecundiores: et magis stulte: et mendaciores: et magis fraudulēte et recipiūt fraudem plus: & magis recedentes uiles res: et magis pigre: et magis molles et magis parate ad consuetudinem: et istud apparet in animali marino quod dicitur malchie: quia masculus quando piscatores uolunt instrumento accipere suam foeminam defendit: sed foemina cum uidet masculū percussū fugit ipsum: et plura animalia interficiunt alia quæ contradicunt eis in cibo. Et omnia aīalia bellant cum uenatilib⁹ animalibus: et rapinā intenduntibus sui: et quando aīalia satis hnt ad comedendū sūt ibi māsueta ablata necessitate pugne, ideoq; morantur simul: et multiplicantur animalia diuerse speciei propter multitudinem pascuorum uersus egyptum et animalia debellant se: quia quæ sunt uenatrices earūdem esse uel quia interficiunt se ratione habitationis sicut yrundines et passerēs quando conueniūt in una domo. Et aquila debellat draconem ut comedat ipsum: et arcumum interficit murem cecum: quoniam si unum uincet alium comedet alterum. Et algadem corui dimicat cū bubone: quoniam bubo comedit eius oua: & uenatur uīā de nocte: & quod non algadem comedit oua bubonis de die & omnes aues accedunt ad bubonem & percutiunt eius plumas & paruspēndent ipsum quod solet nocere: et iam uidi picam quæ descēdebat ad auem quæ dicitur bassie ubi bassie ligabatur: & illa pica abscidit frustula carnis: & remouet se & respexit pica quod filius sic esset ligat⁹: & cum bassie uoluit comedere uenit pica: & sua cauda remouit illa frustra: & cognoui tunc de pica quod erat auis derisua aliarum auium in sui natura. Et dixit Arist, quod miluus & coruus pugnāt adinuicem propter sua oua: & suos pullos: & similiter cara & tragilla pugnant. Et aranæ & serpentes pugnāt: & aues sunt quæ pugnant cum quadam spē perdi cum attederuge: quia comedunt sua oua & suos pullos: & perdicis: & passerēs pugnant cum asino quia asini comedunt spinas in quibus nidificant illi passerēs: & quia asinus confrigatur uel confricat dentes ad illas spinas: & cadunt eius oua & pulli eius: & quando asinus rodit spine mouentur: et cadunt oua. & propter ista passer sibilat super faciem asini cum uidet ipsum: & cum asinus habet uulnus uenit ille passer & pūgit pica sua asinum uulnere ut recedat a loco sui nidi: & uulpes pugnāt: quia comedūt naturaliter idem & inter coruum: & bouem est naturalis inimicia: & post numerauit Arist, aues quæ habent inimicicias cum equo sicut qui dicitur græce him: & comedūt herbam: & quia equus comedit suam herbam præliatur cum illo: & ista auis moratur in lacubus: & in ripis aquarum & sue uoces assimulantur hinnitui equi: & quando uidet equū uolat ante ipm & pūgit ipsum ut eiiciat ipsum de loco: & ista habet inimicicias cum arcolum: quia moratur in suis pascuis. Et numerauit Arist, alias aues quæ inimicantur cum prædicta: & quædam earum est quæ luxuriat caro nisi uix. & qñ luxuriat exit sanguis ab oculis. Et serpētes pugnāt cū porcis & cū bŭtegi: quia porci cōedūt serpētes: et iter coruū & uulpē est amicicia: h in terra nra dicat qđ sint inimici. Et ego uidi regē ascēdēdo. & accepit ille rex coruū & uulpē: & posuit eos fili: & pugnaverunt adiuicē fortiter & uulpes momordit caput corui: & exiuit sanguis: & coru⁹ pedib⁹ suis strixit labia uulpis: & nō potuit uulpes apire os: & pupugit ip̄s cū pica. Et Ari, dixit qđ ami & aqla pugnāt iter

De natura animalium.

se & multoties uidet ami comedūt aut ami se adinuicē: et plus pnt oibus auibus. Et Ag, nūerauit alias aues quæ habēt amicitias inter se: & ideo uidi caccham quæ habet amicitias cum galit & sequebatur ipsum: & est amica uulturis & amicanur cum caccham, Dixit aaron quod uulpes amicanur cum serpente & morantur ambo inter lapides: et leo et leopardus est inimicitia magna et elephātes pugnant inter se & qui uincit facit alium seruū sibi: & aliquando accipiuntur agrestes a domesticis: quia domestici plus possunt agrestibus: & quando capientur agrestes domantur et eis frenum apponitur & fiunt domestici: & iam dixit mihi quidam fidelis: quia fit fouea in terra ubi debet transire elephas et cooperitur: & cum uenit elephas cadit in foueam: et post uenit homo et percussit eū fortissime et uerberat diu et post uenit alius homo ad illum hominem in conspectu elephātis et uerberat predictum hominem: & dehonestat ipsum et receditur et reuertuntur iterum similiter facientes post multa ista facta semper uadit homo porrigēs sibi herbas quas desiderat: et ita recipit illum hominem in amicitia: et obedit postea semper illi, et dixit quod piscis quidam amicanur inter se et quidam pugnant adinuicem,

Capitulum de diuersis naturis animalium,



Nimal uelox ad opera ppter subtilitatem est aliqua et capre et oues et arietes sunt stulti et uadunt multum in uanum et in hyeme non absconduntur propter frigus: imo aliquando exeunt a loco calido ad locum frigidum: et cum pluit non fugiunt a pluuia quousque moriantur. Et arietes naturaliter sequuntur capras et quiescunt omnes quousque pastor accipit unum ex eis et facit ipsum antecedere et sequuntur alii. Et capre sunt minus pingues quam oia animalia et applicant se magis hominibus: et omnes timent tonitrua et aues et capre impregnantur: et cum audiunt tonitrua abortiuntur et oues et capre et arietes et capre ante mediam noctem stant simul et dormiunt post sparsim et uacce dormiunt coniunctim, Et eque dant mamillas pullis et quaedam sunt qui multum diligunt pullos: & quando aliqua equa est sterilis applicat se alicui pullo, & pullum sibi & cum pullus non inueniat lac moritur, Et cui accipiunt filios & ducunt ad aquas & riuos & docent eos loca per quae fugiant & abscondant se et ponunt eos in fontibus: & stant ante portam autem ad defendendum eos: & quando mutant cornua abscondunt ea ne uideantur. Et raro inueniuntur illa cornua & dicitur quia haec facit quia sit in eo inuamenta & quando in principio crescunt ei cornua exeunt ei cornua in secundo anno, quod duo pili, & in tertio anno cum duobus ramis in utroque pilo & in quarto cum sex: & post semper nascuntur in una figura & mutat sua cornua semper semel in anno: et cum iterum nascuntur in principio nascuntur, quod corium: & quando crescunt ei cornua abscondit se & non habet arma, & cum crescunt aliquando exit. Et cum fricat illa cornua cum arboribus quousque non sentit dolorem in eis: & tunc percipit se habere arma & exit audacter. Et Aris, dixit quod iam uenati sunt ceruum & in eius cornu creuerunt duae herbe crocus & cucurbita: et erant paruae & ceruus postquam habet in se superfluitatem aut mordetur a serpente medicatur se a caceris & quando parit comedit secundinam: & dant homines quod illa secundina habet iuameta multa & non potest inueniri qui comeditur: & cerui deluduntur per cantus hominum: quia secunt cantus & eo capiuntur: & hoc faciunt quando submittit aures: quia quando aures habet erectas non potest capi quam sit tunc quod homines insequuntur ipsum. Et ursa quando homines insequuntur ipsam trahit secum filium suum & quando non potest ipsum ferre ascendit arbores cum eo & cap. montanus qui est de trita medicatur suam plagam in qua remansit ferrum cum comestione herbe quae dicitur leuichium uel pulegium: & exit ferrum et canes medicantur se cum herba quae cognoscitur ab eis: & leopardus quando comedit herbam quae dicitur stragularix leopardi comedit squibalum hominis & sanatur: & ista herba interficit leones & propter hoc uenatores accipiunt uas et implentur ipsum squibalis hominum & ponunt super arbores & abscondunt se & inueniuntur leones ad istud ut medicentur se: & interficiunt absconditis: & leopardus desideratur a lupis cum olefit ab eis: & sequuntur ipsum: & dico adhuc quod dicitur quod quidam medus luporum diligit ipsum: et unus lupus non potest super ipsum: & cum plures fuerint capiunt ipsum: licet enim fugiat uelociter tamen cito uincitur in cursu: & propter hoc semper ambulat in abscondito: & in terra egypti est quoddam animal quod dicitur thiomon: & pugnat cum colubris: sed pus clamat cum sua uoce multitudinem sui generis: & postquam fuerunt congregati ponunt se in luto: & post in terra: deinde sepeliunt se in aqua et inungunt se coeno aquae ut scit eis scutum contra serpentem: & postea pugnat cum serpente. Et cum theucea aperit os suum cadit in hora auis descendens super ipsum: quae est simul pice: & cum centhea stridebat dentibus euasit auis portans. quod spinas super alas suas, & confricantes suas penas: & tamen non uidebatur achēchab se habere propter hoc plenam uindictam super auem & aliquando euadit auis: & aliquando non: & tortuca aliquando comedit pro comestione serpentis organum agreste. Et iam narrauit mihi senex quod dilexit uenationem quod apposuit metes &

uidit auem tarda pugnans cum uipera: & uincebatur a uipera: & recessit: & comedit de quadam herba & reuertebatur ad pugnam: & ita fecit multotiens: & hoc fecit naturaliter: & ille senex erat prope foueam & postquam recessit auis tarda iuit senex ad illam herbam & euulsi illam & rediit postea auis tarda & non inuenit illam & fecit strepitum maximū & cum prorsus non inuenit herbam cecidit mortua, tunc sciuit ille senex quod illa herba erat ei medicamē: & quando senex ille explanauit mihi figuram & colorem illius herbe coniecurauī, quia illa herba erat lactuca agrestis. Et dixit Arist., quod enestres quando pugnaui cum uipera comedeat rutam quinetiā uipera fugit odore rute, & cap medicat se ipm fructuū ex comestiōe herbarū amarum. Et canes qñ habēt malū in uentre comedunt spicas tritici, & qñ uulnerat se alachalīz medicat se p origanum mōtanū. Dixit Ag., & hęc est qddā quod uidebat multoties & irrita fenciūt uentū septētrioalem & austrinū ante q̄ flet & intrat petras ne pcutiant a uento, Erat quidā qđ apud cōstātinopolin & hēbat yriciū & per ipm pdixit uētos & per ipm factus est diues, Sed caciū est scđm q̄titatē canis modicus pilosus corpe: & faciēs subtus suū collū albedo, q. epiners & faciū in uenatiōe auium: & ē domesticū multū: & diligit multū mel. & temp hoc amat multum loca deserta in qbus sūt apes & eius uirga est magna: & pp hoc iuuat rasura illi? uirge cōtra astuciā, Et yrūdines sunt sagaces in faciendo nidū suū ex luto in ptibus lutosīs & qñ nō inueniūt lutū inuoluūt se pmo in aq̄ & postponūt se in terrā ut extrahāt mltū de terra ad nidū: & qñ faciūt pullos uisitāt eos p̄ & mater addēda cibaria ne deficiāt: & ē ita folliciti sunt ne aliq̄ filioz careat cibo: & matres accipiunt sterco pica pulloz & eiiciūt a nido & docēt filios ut faciāt sili & palūbi stant cū foeminis in nido quousq; foemia posuerit oua & si foemina fuerit postea pigra in cubatiōe ouoz masculū pcutit eā ut sit sollicita circa oua cubanda: & uidi ego palūbos masculos pugnātes inter se p quadā palūba foemina: & statim uictori accessit palūba: & postea reuigoratus uictus accessit ad uictorē & deuincit eū, Et postea palūba illa uictori illi & dimisit alterū & masculus palumbus super os filii sui sufflat & eiicit in ipm terrā salfam ut aperiat papa, & qñ palūbus masculus est magnus supuenit palūb? masculus & coit cū eo ut exeat de nido & foemia cū foemina: & diligunt naturaliter pugnare multū & uadūt ad nidum aliū accipe in suo nido & hoc accidit raro: & qñ nidi palūboz sūt ppe est iter eos praeliū magnū tota die: & qa colla eius sunt recta & ampla: idēq; nō opz ipsam aurire a q̄ nisi semel aut potet: quia multū capit, Et dixit Ag., qđ passer nō uinit, xi. an., & iō nō uidef sup masculū passerē domesticū in uere macula i pica magna: & hęc qa nascit i uere & cū puenit ad finē āni crescūt ei macule super picā post finē āni: macula nigra: sed foemie uiuūt in scđm annū: & qa iueniūt picas suas duras & nō sicut picas pulloz & pp hoc sciē: quia sunt in anno scđo: quia sue pice sunt dure. Et qdam aues sūt quæ nō uolat a remotis et plus cōfidunt in ambulare q̄ in uolatu: & talis auis qualis ista nō est bona ad nidificādū in arboribus nō solūmodo facere nidū suum in terra crassa adunantur paleæ & sterco & non ouat nisi in terra molli, Et aliqñ uolat uel ouat in terra confecta ex terra molli & palea ut fit ei. q. auxiliū cōtra uentos & pluuias, ille nidus & iste aues sunt cubegi & darache, Et pigre sunt aues iste admotū iō natura pulf, uirtutē & post exitū pulloz a tēstis habiles sūt ad recipiendum nutrīmētum ab omni parte, Et quando uenit masculus ad locum pullorum adducit ante masculos suum cibum & trahit secum masculū post ut inuitet ipsum ad pullos, Et cubes aliquando findit tēstis ouorum: & aliquando reuoluit ea super terram ut foemina nō sit occupata s̄ oua: et pp hęc foemia pōit i abscondito sua oua ne p̄cipiat mascul?: et cubeges qñ pugnat ad ipz masculū uincēs masculū seq̄ ut luxuriat ipm: & doracha simili: & s̄r. gallus sup gallia: & hoies uenatores ponunt masculum cubes in carcerem, Et post ueniunt ad illum carcerem fortissimus masculus cubes & post illum ueniunt multi masculi alii: & omnes deprehendūtur: & ponatur loco ei? masculi foemina: uenit masculus fortissimus & impugnat superuenientes propter foeminam ut cogat eos fugere & emittit ex se sonum parum ad foeminam ne clamet foemina: sed stet mitis & tacita & ille cubes est potens mutare suos sonos modis: & foemina cubes quādo cubat oua sua ueniente marito dimittit oua sua ut eat ad masculum & luxuriat super ipsa: masculus: & nō super extraneam: & cubes masculus: est ita luxuriosus quod qñ foemina cubes: ponitur in carcerem: statim appropinquat ad hominem ponētem ipsam & nō timet neq; stupefit: non sunt solūmodo ille aues quæ uolat parum imo per unam qui uel quæ nominat Ag. quoz unus dicit quorūdam in scaboz. Et ego puto quod uultures nō cadunt super arbores: & illa auis quæ est belschiat super arbores nō cadit super terram si moratur super arbores ut accipiat uermes cum sua lingua ampla: & de suis proprietatibus est ut ambulat super ambos ramos, Et simili facit alchata serpens qdam: & unguis hui? auis sunt fortiores q̄ unguis detricat: & illa auis diuidit in tres modos una auis ē magna multū & ē mior gallia: & tāta ē fortitudo ipugnatōe sue pice sup ramos: qđ qñ pūgūt ram? ab ei? pica s̄

De natura animalium.

desiccatur ramus eius ad ultimam siccitatem pueniens: & quaedam fecit foramen in arbore, & posuit amidalem in foramine: ut uident quod faceret auis illa in amigdala, & uenit auis illa, & perforauit testam amidale: & comedit nucleum. Et grues quando uolant ascendunt multum sursum in aerem, & quando aer uetat eis aspectum propter nebulam: aut nubem percutiunt fortissime aerem, ut quauis auis aliam in uolatu: & si non uideat. Et grues quando dormiunt ponunt suos uigiles qui custodiunt se: & stant super pedem, & ponunt caput in alis cooperiendo ipsum praeter reges qui dormiunt capite discooperto, & hoc: ut citius audiant tumultus, et ille rex quando sentit tumultum exprefacit alias personitum quam facit, Et est quaedam pars auium aquaticarum quaedam modus qui dicitur balathum & transglutit alzum sanum: & postquam putat quod suum iecur digessit totum eiicit alzum sanum comedit carnem, & dimittit testam: & accipiter magis diligit cor. Et Ag. hic narrat multas aues quae diuersantur propter loca: & mores, & dixit quod cham pugnat cum aquila: & uincet eam: & scit cantare pulcherrimas cantilenas. Et quando cantat. q. canent cantus significantes dolorem, & maxime quando debet mori: & est ille cantus dulcis, & desiderabilis audiri, & iam uident homines uolantem eam, & cantantem: & quando desinit cantare cecidit mortuus: & non incipit pugnare cum aquila: sed aquila cum ipsa. Et de auibus quae raro appareret est quaedam auis montana quae est nigra & aequalis accipitri uisu: habet acutum, & uenat de die: & nocte, dicitur karandoez, & pugnat cum aquila, & aliquando una tenet se in praelio cum alia inseparabiliter, et ueniunt homines: & accipiunt ambas & haradodem nidificat supra petras, & facit duo oua. Et grues pugnant inter se: & multotiens capiunt cum pugnat ad inuicem. Et auis quae dicitur cacha habet multas modulationes: & omni die cantat noua modulatione: & ascondit glandes quando debent cadere multas, ut sufficiant, & per totum annum: et facit nidum super arbores ex lana: & capillis. Et dixit Ag. quod genus pulli dant patribus suis ad comedendum quando patres sui sunt senes, & illud est nobis res dubia. Et dicunt quia pulli merum auis statim quando uolant dant cibum patri ne exeant a nido: & ille auis cuius pena est si milis coloris pallae, & extremitates pennarum sunt nigrae, et extremitas alae est rubea: & ouat aliquando. vi. oua. aliquando. vii. & adducit ad locum suum terram mollem aruus, & habitat in concauitatibus quae sunt concauae, sed quietatem trium cubitorum. Et sunt quaedam aues quae faciunt nidum ad similitudinem spere ex lino, & est orificium nidi strictum: & ponunt in suos nidos cynamomum expandendo ipsum: & spargendo: & adducunt ipsum a loco in quo nascitur: & est remotum multum & nidificat in summitatibus altorum arborum, & homines percutiunt ipsos uel illos nidos cum fagitis habentibus in extremitate sui plumbum: & cadunt nidi: & accipiunt homines cynamomum illius nidi. Sed auis quae dicitur graece fanciarach: & est marinus agrestis: & est par maior passere: & est color eius color lazulae cum uiriditate, & picarius est longa subtilis accedens ad uiriditatem, & suus nidus habet figuram admodum pomi pinus: & suus nidus est ex materia quae assimilatur ossi saepie: & suus nidus concouatur admodum cane, & illa materia est dura, & non scinditur de facili, sed terribile est multum, & porta sui nidi est tam parua quod aqua maris dum ascendit non potest intrare in ipsum. Et ad istam figuram nidi multum iuuat materia ex qua fit. Et putant homines quod suus nidus est ex quodam animali quod dicitur aculeus: & uiuit ista auis ex piscibus: & aliquando uadit ad flumina: & luxuriat omni tempore: & sua oua sunt. v. numero, & incipit luxuriare ex quo habet quattuor menses. Et upupa moratur in concouitatibus lapidum, et spergit sterces hominum in loco in quo moratur, & mutat colorem suum secundum aestatem, & hyemem. Et est in libya unus passer qui ouat aliquando. xxvii. oua, & aliquando. xx. & aliquando plus, sed raro, & facit nidos in arbore, & comedit gusanos. Sed auis quae dicitur audon: & est auis imitatrix gestuum multum, & habet deliciosas modulationes in cantu, & habet proprietatem istam quod non habet acutam extremitatem in lingua: & in isto loco numerauit Ari. multas aues quae comedunt resinam arborum. Et quae sunt albae, & quae nigrae: & quae sunt in terra egypti: & dicitur nomen eius auschuz: & auis illa alba de illa specie inuenitur in omni parte egypti praeterquam in loco qui dicitur alchariem, & nigra auis de praedicta specie non inuenitur in aliqua parte egypti praeterquam alchariem. Et Ag. numerauit unam auem quae dicitur anuerim: & in nido istius ouat illa auis quae dicitur euechem, & iam diximus de illa: & quando exit pullus est comonim, & hic est res quae nascitur uare: & homines dicunt quia auis ista est debilis: & ponit oua in alienum nidum ne si remaneret in illo nido comederetur ab aliis aliquibus auibus. Et Ag. numerauit unam auem quae assimilatur irandinibus: & habet pedes, & facit nidum longum & alias aues quae dicuntur marmatrices caprarum, & sunt aues montanae: & sunt maiores quam comonim, & suae foeminae aliquando ouant tria oua: & mamant capras, & dicunt homines quod illa mamaceo scindit lac, & efficitur caper cecus, et uisus de die est debilis, Et iam aparuerunt in ciuitatibus destruendis quaedam modi comoniorum mirabiles, & dixerunt homines quod habebant malum omnem.

Capitulum de naturis uolatilium, & maxime quæ rapina uiuunt.

ET dicimus de aquilis, & regno suo: & qdam modus qui accidit multum in uolando hominibus: & sue uoces sunt multum fortes, & est aliud genus minus p̄dicto, & abstinet se a frequentia hoīum, & dicitur dibuchi, & alius modus est niger: & pui corporis, & audatior p̄dictis, & moratur in montibus, & interficit lepores, & filios suos proprie: & uolant festinanter, & habet acutam uocem, & est alius modus coloris albi: & pennarum albarū, & curtarū alarum, & caudæ longæ: & cauda similis caudæ derachame magni corporis, & est montanus, & moratur in humidis, & est uilis substatiæ qm̄ uincūt ip̄um corui, & uiuit ex cadaueribus: & semper dat uoces signantes famem. Et est alius modus montanus, & est ille maximus, quia morat̄ in montibus in circuitu maris, & habet collum magnū, & p̄ne eius sunt incuruate, & eius cauda est ampla: & qm̄ rapit p̄dā aliquā uadit cū illa ad fundū maris sicut quæ fugit ab infestationibus: & est illud genus quod dicit̄ alchilim, & est uilis naturæ, & generationis: et est uiuatiōis corporis oībus p̄dictis modis: et ē fortior, & accutioris: et laudabilis uocis. Et est aliud gen^o caloris fere subterranæ: et nō facit aliquid in mane, et uespere, sed a meridie usq; ad uesperā uānatur, et sua pica superiora quile recipit fissurā, et apostemationē: et incuruationem: et istam p̄hibent ip̄um a comestione: et tunc aquila moritur. Et aquila dicitur si duo cibi reponit p̄pter tempus necessitatē: et nō potest uānari omni hora, et sui pulli pugnant cum his quæ ueniunt ad suum nidum cū suis unguibus et suis alis. Et quando pullus aquila accedit ad horam uolandi aquila eiicit hos a suo nido, et mofculo aquilam locum in quo moratur tenet uetitum ab oībus aliis auibus ne pmittatur alia auis uenire uel aliquo modo accedere ad suam foeminam unde ip̄a posset hēre, occasionem luxuriandi, neq; uānare prope nidū suum sed a remotis multum, et suam p̄dā ducit ad nidum suum, et in transitu suo ponit suam p̄dā ad terram, ut uideat si aliqua auis abscondita ueniat ad illam p̄dā capiendam: et si ueniat aquila interficit ip̄am, et quando incipit puericia uānari uānatur lepores paruos, et ita procedit gradatim quousq; accipiat magnos: et quando uadit uānatu; exultat se multum ad alta loca, et uolat in uānatu, et aspiciunt a remotis p̄dā suam, et aues uānatrices non cadūt cum sua p̄dā super lapides ne ledantur ungues nisi forte raro. Et aquila uiuit multum, et ideo facit nidum fortem in uno loco, et durabilem, et in quibusdam regionibus sunt aues minores aquila: et faciunt duo oua, et ponunt ea in pele leporis, et uulpis, et non cubant ea, sed quando magnificantur pulli ex ouo extrahunt eos, sed cabarum est quæ frangit ossa quæ inuenit, et puto quod sit illa auis quæ dicitur arabicæ belez lingua perfarum hamoni, sed hamoni est quædam auis quæ sollicita, & multum circa se: & circa pullos suos: & habet uisum debilem: quia suæ palpebræ sunt ponderose, & cadunt super suos oculos: & quando aquile eiiciunt pullos a nidis suis, quia aquile sunt male uoluntatis: & inuide uenit ista auis, & cogitat de illis, & quando pulli aquilarū crescūt pugnat̄ inter se, & cibum super quem inuidet, & illo modo pugnat̄ aquile cum aliis auibus in suo circuitu. Et quodam genus aquilarum est acutioris uisus quam aquile aliæ, & aquila ponit suos pullos contra solem, & citius lachrymatus oculo, aut clauditur contra solem aut interficit ip̄um, & illa aquila est aquila marina nomine. Et cum uolet rapere aliquam auem aquaticam aut alterius loci peracumine sui aspectus in medio aere existens, uidet motus illius auis in fundo aque tunc quando illa auis ascendit superficiem aque statim arripit ip̄am, & ista aquila non intrat cateruam auium ne percutiatur ab aliis auium alis, & pica, & est quoddam genus auium quod dicitur casu, & capit̄ illa auis qm̄ quando aqua despumat illa intrat spumam desiderans morari in illa, & tunc capit̄ sic in spuma illa. Et numerauit Ag. multos modos in isto loco uānatricū qui nō bene cognoscunt: & narrauit: quia accipitres non sunt paucorum modorum quam. x. quia est quidam modus eorum qui appetunt columbas quæ columbe sunt in terra, & cum columbe uolant non q̄runt illas, & quædam appetunt columbas quæ columbe non colunt terram, sed arbores, & domos murorum, & sunt quædam qui appetunt columbas uenasi quæ uolant in altum, & dicunt homines quod columbe sciunt naturaliter naturas diuersorum accipitrum qm̄ sunt quidam accipitres qui timent icutum unguium aliarum auium, & sunt quædam qui timent picam: & palumbe percuciant accipitrem instrumento illo quo naturaliter timent. Et in quibusdam ciuitatibus sunt quidam lupi qui naturaliter habent appetitum comedendi pisces, & comedunt uilia quæ eiiciunt piscatores a suis retibus, & quando inueniunt quid comedunt de illis reliquiis uadunt ad recia: & dilaniant ip̄a. Et ranæ marinæ habent ante suos oculos quædam additamenta pilosa, & minuta: & applicant illa piscibus paruis: & ideo abscondūt se in harena, & eiiciunt supra harenā illa duo additamenta, & capiūt quicquid terra sunt super ip̄am. Et piscis qui dicitur stupecore manuum accipit illud quod rapit per uiam stupeconis: & in mari sunt multa animalia qui per astutiā abscondunt se in sero: & post

De natura animalium

pisces superuenientes comedunt : & quando aliquis lupus marinus acceperit animal quod dicitur plaim euomet ipsum propter euerfionem stomachi, & istud autem apropinquat ad siccum, & mor- det paritur cum totius corporis sicut animal quod dicitur coche, sed piscis qui dicitur bacolae pati- tur bene rete: & transglutit retis fila quousque poterit illa bene scindere, & propter hoc inueniun- tur in uentribus eorum qui capiuntur hami multi, & fila multa, & capiuntur semper i fundo. Et est aliud genus piscium qui dicitur bonnee bomime adiunguntur multi adinuicem quando uident lu- pum, & circumueniunt ipsum, & maiores proprius debilitatus descendentes debiliores: & foemina in istis est stulta: quia non est sollicita super oua sua : & dimittit oua sua masculo, & ipse custodit. l. dies. Et pisces quidam mutant suos colores, sed colores loci habitationis quousque assimiletur ei: & tunc putabitur esse quasi lapis uel harena & tunc parui pisces non mutabunt ipsum. Et omnes species Malchie morantur in aqua semper praeter quam quaedam species quae habet collum lon- gum, & debilem, quod collum quado tangit statim moritur, & est quoddam animal marinum quod textit circa se uestem in circuitu, & est illa uestis eque spissa: ut ipsa, & dicitur illud animal Kama: & intrat in illud indumentum, & exit ab illo. Et animalium marinorum sunt quae habent multos, & uocantur anchilez, & tale elleuat uentrem sursum quando natat, & natat uelociter: & stat in super- ficiem aque aliquando: & quando uult mutare suum statum aliquando bene poterit natara super- uentrem aliquando, & inter suos pedes testura quasi aranee tam subtilis, & tam debilis, & ponit ip- sa contra uentum, & tenet pedes suos quiete, & putamus quod ista tela non nascebatur cum ipso sed post, & est quidam modus formicarum quae ducunt sua cibaria ad suam foueam omnes in una linea recta secundum longitudinem, & una custodiat alteram: & est res mirabilis. Et aranee diuer- sorum modorum sunt, quia quaedam sunt magni corporis, & quaedam parui: & quaedam pungunt & quaedam non pungunt, & sunt pauca quae texunt prope terram: & illud est modicum in quanti- tate, & hoc, ut abscondant se quousque aliqua bestiola moueat ipsam: & texturam: & cum sentit rapit illam bestiola: & captiuat ipsam: & est unum genus araneaz quod dicitur operatrix: & ten- dit fila sua secundum similitudinem pallorum, & tunc quando cadit super illud quod ibi tenditur musca: aut alia bestiola interficit ipsam, & maxime si fuerit famelica fugat ipsam: & non ponet ip- sam in mariolo suo: & post redit ad locum factus illius inde, & reperiat quod dilacerabatur, & ope- ratrix nihil est foemina, & masculus dirupit tælam: & est stultus. Sed aranea quae habet pedes ma- gnos fecit tælam, & supponit quaedam fila: & pendet per illa sed minor facit per se casulam, & ab- scondit se in illa, & credo quod materia illius tæle est illud quod est de manifesto sui corporis, & ara- nea parua est tate audacie quod uadit ad bestiolum paruam quae dicitur a declaie: & textit super os suum cum timore, & facta textura super os postea textit audaciter in circuitu totius corporis.

Capitulum de naturis apium.

Animalia anulorum: & discretorum in operatione sunt apes: & sibi similes in an- nulo. Et sunt. vii. modi anulorum quaedam immiscent se cum apibus: & maxime cum suis masculis: & modus qui dicitur uesparum uel formicatum quae semper mo- rantur in facie terre, & quae sunt citrine, & quae sunt longe sunt de istis modis, sed resi- dui modi diuidunt a praedictis, ita quod minores de residuis habent colorem ad simili- tudinem plumis: & mediocres sunt nigre: & .iii. spes est maior. Et apes cibantur ex mele, & non co- medunt uisparum, & non quaerunt comedere de mele alieno quando habent potantem super illas, & uille habebant suum repositum: & quando infirmantur non exeunt a domibus: & comedunt tunc suum mel, et istud quod generatur super tybias apum est cera, & est fex mellis, & aliquando cibis eius, & quoniam inuenient apes aluearia munda operabuntur tunc in eis domos cereas sextiles, & capiunt illam ceram super flores: & super extremitates arborum: & proprie super alchilet genus uiminis, & facit sextiles, & cum orificia aluearis fuerint ampla diminuent amplitudinem per uisco- sitatem cere: & illud est res nigra, & het acutum odorem: & primo incipiunt fundare domum regis & illa domus apparet similis foramini: & deinde fundant domos masculorum maiores domibus apum paruorum, deinde faciunt domos apum paruorum, & masculi nihil operantur, & iterum fa- ciunt aliquas domos in circuitu paruorum illarum quae continent mel, & pullos domos dico uacu- as propter mundificationem. Et dicunt homines quod etiam masculi habent domos, & faciunt il- las per se: & post non est operatio nisi ad comedendum mel, & mollificationem, & apes secundum plus temporis morantur in suis fauis, & tunc si fuerint libere ad exitum exhibunt omnes insimul: & ascen- dunt in aerem secundum figuram pyramidis, & postea reddeunt: & comedunt mel: & rex non exit nisi cum omni exercitu, & quando amittunt regem uisu sequuntur ipsum olfatu, & quando non

potest rex uolare ferunt ipsum: & quando trahunt ceram trahunt super pedes anteriores: & extremitates eorum quando posuerunt illam ceram in terrā, & mundificant illam ceram a pedibus per medios quæ dicuntur brachia, & duos medios pedes quando adducit causam uolabit grauius, & non mutant se de flore ad florem postquam adduxerunt id quod extraxerunt ab ipso flore totum portant ad domos: & post redeunt ad alium florem. Et multotiens mutant causam oliuarum, & post hic faciunt pullos, & hæc postquam liberate sunt a suo fundamento: & fortasse ponunt in unū locum altum pullum, & mel, & masculi non habent acum, & appetunt pungere, & non possunt. Et reges apum sunt duorum modorum, & melior est rubeus, & alter est magis ad colorem carbonis, & est duplex in q̄titate ad apem quæ mellificat, & melior est apis minor: & erit rotunda: & erunt super ipsam colores, & fortasse erunt aliquando longe assimilata masculis: & quædam habebunt uentres rubeos: et masculus est magis piger, et apes quæ pascuntur in pratis: et in montibus sunt minores, et bone apes faciunt cōsimiles in partibus, et leue, et quædam sextilium implentur ab his mele: et quidam pullis: et quædam istorum locorum sunt loca masculorum: et apes quæ non sunt bone non faciunt mel æquale: et simile: et apis semper adhæret foramen melis, et ideo efficitur mel mele melius. Et aliter corrūperetur mel: et statim generabuntur in eo araneæ: et dico qđ non est remotum: quia aculeus apum sit eius arma: et iuamenta ad mutandum humiditates melis, et facit ex eis mel, et hæc audiui a sapientibus me. Et est alius modus qui dicitur chozedum qui non facit rem narratus, et fortasse generabunt in aluenari gusanæ paruos, et perforabunt illi gusanæ alas aliorum: et apes uocant istum modum cadere super domos cere, et apes mellificantes interficiunt masculos nocentes eis. Et reges malos, & proprie cum mel fuerit paucum, & apes parue pungant cum longioribus, & eiiciat ipsas ab aluearibus, & si hæc complebitur meliorabitur mel: & sunt solliciti facere hunc effectum ad defensionem oliuarum, & est unū genus apum quod dicitur labion: & interficit apes mellificantes: & destruit domos illarum, & hæc, quia sunt uigiles, & bone custodie: & quando intrant alueariā inuoluunt se in mel in tantum quod non possunt euadere, & tunc parum stant antequam interficiantur ab aliis: & racemus exit semper cum alio racemo pullorum: ut defendat, & associet ipsum, & quando rex exiturus est rationabiliter per duos dies ante quod pulli sciant quod rex fuerit factururus, ut sint parati obedire illi: & cum reges generantur quilibet illorū habet unam cateruam: & illa caterua post non uult hēre alium regem nisi quem acceperunt, & si alius rex uoluerit esse rex illius comitatus illam interficiunt, & postquā exemerint pulli: & fuerint pauce expectabunt societatem alterius examinis. Et apes diuidunt opus suū, quia quædam sunt quæ dicunt materiam a flore, & quædam sunt quæ uerificant illā materiam post: & faciunt ceram, & quædam sunt quæ adducunt potum pullis: & apes non cadunt super animal neque super cibum super aliquo modo, & nō est tēpus determinatū, & ad opus suum nisi aliud in quo potus erit sibi necessarium, & postquam inceperint uolare pulli, & fuerint æquales magis festinabunt opus suum post. iii. dies, & postquam fuerint æquales aperiant cooperturas, & exibunt: & apes pigre habebunt colorem plumis, & est grauis ad omne opus suū, quia apes bone naturæ eiicient ipsum foris: & interficient, & habent apes inimicicias sicut uespe, & sicut irundines: & quædam genera autum paruuarū, lacuū, & riuorū qñ super illa cadunt apes transglutiuntur ab eis. Et locuste est proprietas quod stat in orificio aluearis expectāt apes exeūtes: licet apes non pugnent cum aliquibus nisi cum uespis, & postquam exierit ab alueo uolunt pugnare cum aliquo nisi uoluerint a propinquare ad suum aluear, & apes cibant se de rebus dulcibus, & apes aliquando pungunt aliquod animal: & dimittunt suum aculeum in illo animali, & morientur tunc ille apes, & fortasse interficient illud quod pungitur aculeo, & iam iterfecit equum, & iam fuit in quadam alcea de alceis uespitam quæ dicitur affeces, & in ea fuerit aluearia apum, & homines illius uille fuerūt in exercitu, & alie gentes de alte uoluerunt depredare suam ceram, & contra posuerunt apes illius alcee, & hoc est, quia homines illius alcee uoluerit apes: & absconderunt se, & exiuerunt apes, & destruxerunt homines uenientes per morsum super homines: & super suas bestias, & rex apum est sapiens multum, & non mordet quamquam, & quando aliqua auis moritur in illa alueari eiicitur extra, & est rex illius aluearis iustissimus, & nō eiiciunt squibala sua nisi qñ uolāt ppter hoc qđ squibala sua ferent. Et dicitur quod ille abhominat fetorē, & ē abhominat unctuosa boni odoris cuz reducunt in fauū, & pcutiunt animal cum suis inuictum aculeis cum fuerit propinquum eis, & illud quod interficit apes est illud quod diuiditur multis regibus, sed uirginēs illarum, & sui pulli melius operantur, Et faciunt melius mel: et tamē percutiunt, ut sua percussio melius minus lædat: et non tamē comedunt: et iam pugnauerunt apes unius aluearis cum sibi extraneis, et fecerūt eis prohibitionem in troitum, et fuit quidam huic domesticus, et nō mordebatur, et de comūibus malum apum est: ut in fauo earum

De natura animalium

nascantur aranee corrumpētes mel. Et forte propter hoc putrefiet aluear et corrumpentur apes: et apes appetunt origanum: et melius origanum est album, et quando acceperit florem infirmabitur, et apes operiunt se a uento, et potant aquam claram siue sit prope siue a remotis, et non potant nisi cum eiciunt suum squibalum, et plus faciunt mel in uære, et autumnis: et melius est uæris, et mel album ponitur in cera uirginea: & quando illud mel ponitur in cera antiqua erit æternum, & melius mel habet colorem aureum: & peius est illud quod magis est sursum, & propter hoc opus est: ut cito auferatur, & appibus placet percussio palmarum, & cantus, et cum tali percussione reuertuntur ad aluear quod est frale est illud in quo auditur magnus strepitus apum. Et quando dimittitur mel apibus in abundantia nihil operabuntur: et ideo oportet eis melis pars reduci ad mediocritatem, et similiter si habuerint de mele minus complemento, et paucitas masculorum plus ualeat ad mellificationem quam multitudo quoniam apes mellificantes melius mellificabunt, et apes percipiunt frigus, et pluuias: et signum hæc est sua quies in aluearibus contra frigus, et pluuias, et tunc apponitur eis cibus, et quando una apis pendet ab alia in alueari significatur per hoc desiderium exitus illarum futurum: et propter hoc spargit custos alueare super eas uinum bonum dulce: et opus est quod sit prope illud aluear pirus agrestis: et fabæ, et melga: et balustia: et mirtus, et papauer, et sinibriu, et amigdale, & pluuiæ australis corrumpet apes. Et uespe sunt quædam cuiusdam ita quod acne sunt perite, & longe magnæ: & quædam sunt muscales, & quædam rubeæ sunt multum magnæ: & quædam mediocres: & iam uidi genus est capitibus nigris: & sunt magnæ: & habent bonum odorem, & habent oculos tres posterius: aut. v. & sunt mala.

Sermo de moribus animalium.

Tomne animal habet suos mores naturales sicut leo qui est liberalis cum est satur, & asper, et iracundus tempore famis, & in principio sui cibi: & suus mos est, ut ludat cum eo quem diligit, sed ludus suus inducit malum, & non dimittit suum ludum ante magnum tempus: & erit tunc eius incessus paulatim, & sua retro inspecto pauca ualde, & quando nascitur fugiet multum, & quando fatigabitur ibit modicum, & modicum, & post si opus erit ei fugere augmentabit suum gressum, & timet naturaliter ignem, & si obuiet hominibus, & aliquis eorum dixerit in bonum, & defecerit postea leo faciet insultum in ipsum, & proiciet ipsum in terram: & faciet illi minas, & non ledet ipsum. Et non inuadunt homines de leonibus nisi illi qui sunt debiles, & senes, Et dico quod leo qui habitat coram coracenis, & prope apud leromam est fortior omnibus leonibus australibus, & qui sunt prope quartum clima sunt magis debiles: & erat cum nostris regibus quidam leo deiecoma, & alius deracea: & decreon. Et distinguebantur per loca, & leones deiecoma fuerunt pauci numero: quia raro capiuntur ab hominibus: & leones decreon erant secundum quod conueniant, sed leones deiecoma, licet essent multi non tamen nocebant hominibus: & leo habet longam uitam: & iam inuenerunt leonem ita senem cui propter senectutem molebantur sui dentes: & leonum est quædam modus debilis qui fugit a porco quando pugnat adinuicem: & quando porcus facit uulnus ex suo grumo, & suis dentibus in quibus est multa sanies, & malus odor, & illa sanies subtilis est, & sanatio illius uulneris est sicut canis rabidi: & lupi rabiosi qui noia: & diligit homines: & non facit eis malum, & pugnat usque ad mortem cum leonibus, & canibus, & minimus istorum luporum est audacior, & sunt inter eos multi modi, & forte tempus mutat suos colores, & est alius modus lupi qui dicitur mircon zuz, & erat in ciuitatibus nostris, & erunt ita magnum: ut Thauri, & magis corpulenti: & sunt modi ipsorum, uel eorum qui sunt similes uaccis, et sunt pilosi in spatulis multum, & sua uirga est magni mollis quam uirga de foioz, est magis certa: & magis temporis, & eius color fuscus a capite usque ad uirgam, & inguina, & totius corporis sui color est inter cinereum, & rubeum, & habet cornua incuruata ad domesticum secundum mensuram palme: & non habet dentes in superiori mandibula, et habet uulgulam magnam, & foderit terram suam corium durum multum, & eius uenatio est bona in se: eieccio illius stercoreis est secundum multitudinem. iiii. magnorum passuum. Et camelus non luxuriat super matrem suam, & ingenuati sunt homines, ut facerent camellum ascendere super camelam matrem suam, & est præceptum camelus interfecit eum qui fecit eum ascendere super matrem suam. Et equus liberalis qui coiuuit cum matre sua proiecit se in terram, et mortuus est per ingenuationem hominum obediendum regi a fonesem, et cum percepit ille equus luxuriari cum matre sua proiecit se in terram, et mortuus est, et iam audiui ego ab hominibus fidelibus prope istud, et deficiunt homines in amore: et diligunt stare cum hominibus maxime cum pueris. Et ego uidi psitacum multum diligentem pueros sine barba, et multum diligunt stare cum eis, et diligunt psitaci loqui ante pureos, et dico quod iam narrauit mihi fidelis

psitaci suum amorem erga suum amicum: et suum recessum a se multū plangit quod sit quod recipiat alium psitacum, et mirabam super, et ducit in doctrina sua prima quod unus delfin uenebatur ab hominibus uel ab homine una, et capiebatur et uenerunt omēs alii ad litus maris quasi rogantes uenatorem pro illo. Et quando dimisit illum reuersi sunt: et delfin magni parui ambulantes custodientes paruos, et iam uiderunt unum delfinum portantes secum alium delfinum mortuum: et submergentem se in aqua cum illo in profundo ne comederetur ab aliis, et dixerunt de festinatione delfini quasi quædam incredibilia, et aliquando esset ex una parte maris, et nauis in medio, et transibit nauem uno saltu ad aliam partem. Et causa in hoc est: quia sequitur ona piscium in profundo: et quando uult inspirare aera subito salit sursum cū nimio feruore. Et aliquñ ita saltat quod cadit super litus sicci maris. Et de mirabilibus aialiu est quod gallina quando uincit gallū in pugna erigit quasi esset gallus, et eleuant caudam suā, sicut esset gallus: et aliquñ nascitur illi cornu in crure quasi gallo, et in hoc percipi potest obediētia naturæ cogitationibus uel cogitationum post pugnam nascebantur ei cornu in crure, et gallus quando moritur gallina: et dimittit pullos efficitur pius super ipso sicut gallina esset, & non luxuriat illo tempore, et agit se in mollicie sicut esset gallina. Et castrantur aues per unam combustionem, aut binam: aut trinam in radice glādis: et gallus castratus non cantat nec luxuriat, et quando castrantur bestie cornute antequam incipiāt crescere cornua non crescunt post cornua præterquam in ceruo: et porcus: et porca ambo castrantur: et hæc: quia porca habet testiculos prope uulua. Et dixit Ag. quod animal castratum plus uiuit: et dixit quod aial habens tibias longas erigit multū, et est uomitor. Et numerat Ag. quædam aues quæ mutant suos colores, & suas uoces secundum tempora anni: & sunt quædam quæ dant uoces similes uocibus galli in æstate, & in hyeme uoces similes uocibus galline. Et passer habens uocem dulcissimam incipit cantare in principio ueneris per .xv. dies continue, & post cantat per horas: & post mutat colorem, & mutescit, & abscondit se. Et quædam aues se confricant in terram: & hæc faciunt aues quæ non multum possunt uolare, & sicut gallinæ: & tales: & quædam balneant se in aqua sicut columbe, & passeris: & aues hētes ungues curuos.

Capitulum de generatione hominum.



Dicunt homines de generatione filiorum, dicamus ergo super hoc: et dico, quia homines cum nascuntur sunt sicut flores, & cū possunt luxuriare sunt quasi fructus: & signum inicit inuentutis cuius pars est adolescentia est mutatio uocis, & sua uox nō est acuta neque grauis, sed quasi tonus duarum cordarum, quarum una est tonsa multum, & altera non. Et hoc est, quia cāne pulmonis, & musculi in epyglotis sunt in principio maturationis, & non in maturatione completa, Et propter hoc sunt quædam partes sicce, & quædam humide: & quædam sunt leues, & quædam aspere: & ideo exit uox uniformis, & quando in .14. anno incipit homo cito luxuriare statim sua uox uenit ad completam mutationem in uocem uirorum. Et quidam sunt qui custodiunt ualde diu uocē primitiuā, & crescunt māmille tunc: & fissure inguinum absconduntur, & ille fiunt propter cicitatem cartilaginis existentis ibi, & in isto tempore augmentatur humiditas: & clauduntur fissure: & sperma generatur post .xiiii. annos: & efficitur forte post .xxii. annos, & mulieribus ueniunt menstrua: & incipiunt crescere māmillæ suæ, & mas in .xiiii. anno multum uult spermatizare tunc aufertur ab eo delectatio: & accedit ei debilitas: & pigricies. Et sanguis menstruus est in primis sicut sanguis strangularum uel uigularum, & quod accidit ante istud tempus si quid exit quasi album, & uoces mulierum mutantur cum accedat tempus menstruorum, licet sua uox est magis acuta: & quando mulier fistulat aliqua cāna accutiorem facit sonum quam masculus in eadem cāna. Et quando tempus menstruorum accidit mulieribus mulieres multum appetunt: & tunc quanto magis coeant tanto magis appetunt, quia semper magis fluit sperma quanto magis fit confricatio, & sunt quidam qui non somniant de nocte coitum: & sunt quidam non habentes propter occasionem quæ accidit collutioni, et sunt quædam mulieres quæ non menstruant cum corpus mutatur de sanitate in egritudine, & multotiens aufertur epilia cū peruenit ad .xiiii. annos, Et dicit Ag. quod post illud tempus incipit homo pigrescere, & quædam macrescere: & hæc quia in quibusdam ante istud tempus adunabantur multæ superfluitates, & impediēbant uirtutem humectalem. Et cum peruenitur ad tempus mensurorū exit ista superfluitas: & crescit homo multum scdm āni dimensionem: & aliquando ante istud tempus adunabatur pauca superfluitas, & cum peruenitur ad hoc tempus exit illa parua: & macrescit homo eque mulier, & uir econuerso. Et sperma bene coctum, & faciens masculos est illud quod est uir .xxi. annorum, & mulier si imprægnetur ante .xxi. annorū, debilitatur multum, & palescit propter hoc, & uir quando multū coit cito senescit. Et mulier quæ mul-

De natura animalium

totiens coit non habet delectationem in coitu. Et sperma melius est quod spissum, & subtile, & filiosum est generans foeminas. Et plus accidit de mēstruis in principio mensis, & in medio, & forte hoc est: quia luna quando mutatur manifeste in suo lumine mutat humiditates in animalibus sicut in mari, & flumine: & fluxu, & est fluxu: & mulier quando in ea tardatur menstruum dolet. Et quando uenit menstruum grauescit corpus, & quando absconditur menstruum quasi suffocatur mulier: & quando menstruat mulier complete post erit tempus naturale imprægnationis: & aliquando imprægnatur mulier tempore menstruorum, licet tamen in quibusdam mulieribus accidat constrictio orificii matricis post purgationem menstruorum, & non accidit imprægnanti menstruum tempore imprægnationis nisi raro, quia istud est necesse creaturæ: & exitus menstrui aliquando inducit abortum: & quando est in matrice humiditas uiscosa circa latera facit sperma leue, & non potest morari in matrice. Et alia animalia quædam habent menstrua minus muliere, & quædam nihil habent, & forte hoc est, quia illa superfluitas dissoluitur in pilos, & squamas: & cortices: uirnam ualde spissam in eis, & quia multum laborant: & plus abundat spermatum in homine quam in animali æquali sibi corpore. Et dicit Ag. quod albi non multum pingues nec mater plus abundat in spermate quam nigri: uel fuscii, & hoc: quia in illis abundat humiditas multa quæ est materia spermatum, & non est multum remotum qui sit magis abundans in spermate, & niger, & fuscus, quia in eis est plus sanguis, & color maior, quia fortitudo plus potest facere quam debilitas, & ubi est multa materia, & dicit quod mulieres albe fugunt magis sperma uiri quam alie: & ideo magis desiccant uiros. Et uulua quando imprægnata est mulier est magis sicca, quia matrix fugit totam illam humiditatem: & clauditur eius aurificium: & nihil exit si autem apparet humida cognoscitur: quia iam exiuit sperma a matrice, aut exiturum est. Et dixit Ag. quod propter hoc debet inungi uulua cum liquida pice post principium imprægnationis: aut olibano, & cerufa dissolutis in oleo. Et ego dico quod est hoc forte, quia natura picis contraria est matri in suo odore, & cum uenit eius uirtus ad matricem fugit ipsam matrix in sursum: & claudit suum orificium, & non potest tunc exire sperma, & uirtus alterius medicine est ex sua siccitate claudere orificium matricis: & ista debet fieri aliquantulum post tempus imprægnationis, quia statim si fierent damnificaretur sperma: & sperma postquam non exiuit per. v. dies bene retentum est. Et aliquando accidit menstruum post. xxx. annos principio. & medio somniū coitus post. xl. ānos: sed tēpus partus usque ad. xl. Et mēstruum descendit ad discedit imprægnatione naturali: & ascendit ad mamillas in imprægnatione naturali: & mulieres imprægnate sentiunt, quod tenent in uentre. Et sunt magis pondose in circuitu pectinis. Et masculi, ut in pluribus sunt in parte dextra, & mulieres in parte sinistra: quia est magis frigida, sed aliquando mas est in sinistra quando sperma est magnum, & multum. Et iam conueniens est nobis mirare differentias spermatum: & de prout conuenit nostro tēpori, & non sicut Ag. determinauit. Et dico ego quod Ag. dixit quod a sperma uiri dat formā, & mēstruis sanguinis dat materiā solum ex hoc apparet, & quādo in hoc puenit ad profundū cōtradictet hoc sibi sicut dicemus. Sed mō dico quod omne illud quod est sperma siue mulierum siue uiri est sanguinis mutatus, & dico ego quod sperma uiri, & sperma mulierum equiuocantur in nomine spermatum sicut hoc nomen oculus est equiuocum cum dicitur oculus sokis: & oculus hominis. In spermate uiri, & mulieris participatio nisi in nomine solo, & quod intendit hoc est emissionem spermatum non est in muliere: & propter hoc non est remotum quoniam potest sanguinem mēstruum in muliere sit eius sanguis dealbatus. Et sit in muliere loco spermatum, & non est uaticum quoniam in omni humiditate matricis potest imponi hoc nomen mēstruum sicut albutini uitello imponitur: & non est uentum quoniam mulieres possint mouere sperma de loco ad locum in matrice propter delectationem, & hæc nō erit in eis spermatum zantia. Et putant homines quod Ag. putauerit quod sperma uiri non esset pars pura neque immixta cum materia pura: sed hoc non fuit eius consilium, sed suum consilium fuit quod inuoluatur cum materia profundam in materia, ut sit operator membrorum: & ducat idoneam materiam ad membra, & erit illud sperma materia spiritu increata: quia efficitur multum subtile: & humile, ut transeat in spiritum. Et ego: & sui sequaces obuiat Ag. & dimittamus istam explanationem, licet sit uera. Et dicamus etiam quod spma sine profundatione operatio sit in mēstruo sanguine: & nō sit sperma nullus operans, sed materia: et uideamus quid dixit ille medicus cōtra Ag. putans se aliquid dicere cum nihil dixerit: licet sciuerit multum de ramis, ignorans radices scientie. e

Capitulum, De mora spermatum in matrice, & conceptu embrionis,

Dixit enim phisicus bonus quod ille qui dixit quod sperma non moratur in matrice, sed exit de matrice non bene dixit, quia non esset appetitus matricis circa sperma si postea deberet ipsum eiicere, sed retinet ipsum testate hy. qui dixit de muliere quæ uoluit imprægnari, & dedit saltu forte; ut eiiceret sperma, & nisi fuisset fortitudo matricis in resistendo spmati excuisset sui ponderositatē, & hoc est qm̄ postea exiuit illud sperma circa creaturam quasi tela propter digestionem factam in matrice, & de intentione decoquentis, & digerentis est: ut humidū, & decoquit ipsum faciat circa ipsum uenire corticē terrestrem, & durum sicut cōtingit pani qui decoquitur in pinguedine aliqua in furno, aut padella: & tūc quod est prope furnū fiet cortex: & quod est remotius erit mollius, & humidius, dixit & propter hoc facte sunt matricis aspere interius, ut nō ueniat leue super leue, tunc oportet quod asperitas sit retentiuā spermatis. Et dixit quomodo creantur uene: & ossa, & nerui quæ sunt alba a materia fluida immo creantur a materia uiscosa non curenti subtili, scđm subtilitatem magnam sanguinis, & tunc si dicatur quod sanguis alteratur alteratione recta quid erit opus hic sanguine naturæ: & præcipue cuz sperma sit communitas membris radicalibus in qualitate, & sanguis non eo quod est materia porosa habilis ad recipiendum porositatē amplam quibus ex eo fiant uene ample, & arterie, & quod est sperma uiscosum habile, ut ex eo fiat neruus in sanguine, aut non est illa qualitas, aut talis substantia igitur secundum rationem non erit istorum materia sanguinis. Et quomodo est illud, quod si sperma proicitur naturaliter a matrice appetatur a matrice: & mensruus sanguis semper eiicitur a matrice. Et propter quid facti sunt testiculi in muliere, & uasa spermatis ne non sint utilia ad creaturam, dixit, & nos iam iuenimus uasa spermatis in muliere plena humiditate spermen tali nisi, quia illud sperma est magis quaz sperma maris dixit, & iam uidimus mulierem patientem suffocationem matricis propter abstinentiam a uiro, & eius coitu deinde euacuebatur a spermate multo: & habebat in ista euacuatione delectationem quasi esset delectatio in coitu, & tunc sanabatur, & tunc retentio illa longa illius spermatis inspissabat illud sperma dixit, & si essent membra generata ex sanguine essent nerui: & uene, & ossa de genere carnis, & ossa si essent fracta iterum redirent ad continuitatem secundum caro: sed nō renascitur, quia generatur ex spermate igitur ex spermate sunt membra radicalia. Et iam possibile est illud in quibusdam uenis, & in plagis magnis capitis quæ reuertant ad continuitatē, ppter neruos, & ossa quæ nūquā possunt redire ad cōtinuitatē. Et magister prius dixit quod uene, & arterie q̄ sunt in uasis spermatis qm̄ morabat per tēpus in reuolutione uenarum quasi sanguis decoquitur quousque fiat sperma, & si ista reuolutio uenarum: & arteriarū fuisset in omnibus membris, & si arterie præter testiculos sunt generatiue spermatis: tūc non erunt generatiue illius nisi, ut reducāt sanguinē in eis ad sui substantiam, & similitudinē fuerunt igitur illa generata ex cōsimili substantia spmatica, aliter enī intendebat in generatione ipsius, dixit, & illud quod significat qui in frigida sit sperma est similitudo filii cuz matre quoniā similitudo fit a spermate: tunc si mulier non habet sperma non erit filius similis matri, & si reciperet filius similitudinē a sanguine menstruali non esset filius unquam similis suo patri, tunc quando erit filius patri: & matri determinata erit causa, & inuenta: sed sanguis mensruus non est in masculino tunc non cōmunicat in eis sanguis mensruus tunc remansit: quia res cois inter eos. Et sperma erit ergo in eis sperma, & in illo est uirtus generatiua sicut in spermate masculi, deinde dixit quod filius assimilatur patri, & matri, sed non assimilatur eis nisi propter causam cōmunez utriq; tunc illa causa cōmunis erit: aut sperma, aut sanguis, sed non est sanguis, quia se non est similis patri igitur erit sperma. Iterum filii assimilantur patri: & matri: & quæ assimilantur patri habent radicem facientem assimilationē. d. non propter cām sanguis mensruus igitur propter cām spermatis cois: & putat mēs. c. fecisse istis magnam probationem, deinde ratiocinatus est in sermone: & dixit quod opus est quod semp filius declinet in similitudine ad patrem suum, quia sperma maris est magis forte, tunc ergo rēdebat: quia sperma mulieris materiat semp a mēstruo sanguine, tunc igitur semp eius uigor cōualescit: sed sperma uiri non hēt adiutorium. Et dicit in alio loco quod sperma mulieris facit se cūbum spermati uiri: & tūc ille sunt rationes quas ratiocinatus est. G. propter se, & nos mirati sumus supra illud quod olfacit medietatez cuiuslibet rei: & dixit se scire philosophiā quomodo dixit istas rationes eratas, suum enim dictum primum asserit quod membrum appetit res multas appetitu naturali: & post uiolentat rem: & eiicit ipsam postquam caruerit necessitate illius rei, sed accidit in accessione aque ab epate, & a uenis, & post eiicit illam aquam cum non indiguerit ea: & sicut membra arta habent materias quæ sunt eis conueniētes ad rectificādum suas complectiones: & ad dissoluedum materiam malam quæ est in eis, deinde eiicit illam materiam medicinalez, & quando fuerit in corpore alicuius hominis aliud accitem eius quod non cibatur ipsum: et post cum com-

pleta fuerit necessitas illius rei eiicit ipsum. Et propter quid nō dixit bonus uir: quia matrix non re-
 cipit sperma uiri propter hoc, ut debet uires menstruo sanguine, & dissoluatur in materiam conue-
 nientem fetui etiam quando matrix postea non indiget ipso in ultimitate creaturæ eiicit ipsum
 postea postq̄ fuerit dissolutū: & iter matricē, q̄a forte sperma dissoluit inter matricē, & reducit in alie-
 nam cōpletionē quā illa fuerit pp̄ quā matrix diligit ip̄m, & p̄pter hoc eiicit ipsū. Et quō potuit di-
 cere: & applicare inter hūiditates puras: & principio membrorum radicalium: & tradet postea ob-
 litioni matrix, ut ipsum semper retineret, sed postea ipsum eiiceret: sed membrana quæ cooperit
 sperma differt quod ipsa sit asperitate facta quæ sit cooperiens materiam ex omni indecoctione
 matricis non est remotum ualde quoniam si in spermate sit uirtus materiatiua: & informatiua, tūc
 illa uirtus erit potens generare membra nā sicut est potens generare ossa: & uenas, & neruos, quo-
 niam generatio est impertinens ad matricē uenarum. s. quæ sunt in substantia creaturæ. Et stultus
 est qui dicit quod eo modo operatur matrix quo furnus in tortam prædictam, quia matrix: licet sit
 calidissima eius tamen superficies est humida ualde: & sua substantia: & non est de sui natura assa-
 re aliquam substantiam, & generare in ea tælam: & corticē. Et si ista esset uia in maturatione assa-
 matrice ambientibus, tunc epar & stomachus semp̄ in materia quam inuoluerent post facerent mē-
 branam quæ inuoluerit illam materiam: & si fuerit in spermate uirtus informatiua ossiū: & in eo
 erit uirtus informatiua membrane quoniam quod potest plus facere, & poterit facere minus. Et
 quæ sunt cause propter quas ponamus principia naturalia extrinseca cū inuenimus ea intra in sper-
 mate: & dicemus modum operationis in spermate qui prædicebatur in pasta furni, licet aliquando
 concreat cause extrinsece. Sed ille qui dixit quod sperma propter sui uiscositatē fuit generans of-
 sa: & neruos bonum esset quod diceret, ut generatio esset a sanguine menstruo: & sperma uiri non
 est priuatum cōplexione animalis recipientis generationem ab eo, licet secūdum sui uiscositatē
 sit iuuans ad lineamēta & sui albedine ad colores est for. operantem sunt ille quæ sunt determinate
 circa aliquam materiam receptibilem suarum dispositionū tātū quæ faciant duriciē: & moliciē ni-
 mis, & uiscositatē: & animalia sicut uidemus in operationibus: & receptilibus formatū in artifi-
 cialibus. Et sic in materia uacua oportet, ut recipiat formam a materia diuersam, & hoc est in ar-
 tificialibus, sed in naturalibus est quod recipiens non recipiat solam figuram est lineamēta: immo
 etiam complexionem naturalem, & uirtutes operationes proprias: & propter hoc apropiauerūt
 forme operatiue naturali materiam propriam quæ facit ad cremenentum, & attractionem, & expul-
 sionem, & tunc albedinem, & eius uiscositatē sperma uiri operatur extensionem, & figuram, &
 colorem, sed non propter hoc operabitur in ipso ossa, & neruos, licet forte quis posset dicere quod
 propter extensionem operari posset neruos non tamē ossa. & si diceretur, quia habet extensionem
 non esset in neruorum extensibilibus tunc hanc proprietatem haberet muscillago quæ est extensi-
 bilis: & flegma est uiscosum similiter: & omne sperma esset cōueniēs ad operationē aīalis. Et quod
 addidit de uase spermatis ignorauit de eo nisi: quia in eo erat uiscositas: & albedo, & p̄pter illa nō
 deberet facere sperma: licet ista sint cōcurrētia meliora, sed ista cōcurrētia prout ipse determina-
 uit nō erāt scđm ordinem bonū: & quod ipse narrauit de arteriis, & illud est quod si essent genera-
 tiue spermatis essent necesse, ut cibarentur a spermate, & tunc exigeretur quod arteria operaretur
 in materiā spermatis scđm opationē fortiorē in eis, & si scđm alium modum oparet meliam: &
 colam, & tunc unde istorū nō erit nutrimentū, deinde nisi in prima generatione esset ille sanguis mē-
 struus materia creaturæ nō esset postea ille sanguis cibus eiusdē postq̄ natus est, & est hæc res cōue-
 niēs cōtra illū. Et uidemus, q̄a mēbra p̄mo agūt in sanguinē: & postea nutriūt se ab ea: erit igit̄ san-
 guis materia illoꝝ mēbroꝝ in p̄ma gñatiōe, sed illi simili quos iducit p̄ se colerici sūt ex pluribus si-
 milis hypoteticis, & diuisis quoz flores colligit, & hñt suū refellimētū cū resoluunt̄ in istū modū, &
 illud est qđ natus assimilāt utriq̄ parēti: & tūc op̄ qđ una cā illius assimilatiōis iueniat̄ i illis cōueniēs
 qm̄ qñ itētio ē una nō ē opus, ut eius cā sit una nisi scđm unū modū, & hic, ut ponant̄ suæ causæ in-
 singulares, & segregate, sed adunate. Et hæc est res quæ debet sciri per librum nostrum improbatio-
 nibus, uidemus enim: quia una res plures habet causas sicut calor: & illæ causæ non in essentia adu-
 natur una nisi in casualitate, licet forma generatiōis ita se habeat quod causa sua precisa sit nō mo-
 tor, & quia aliter omnis filius esset similis suis parētibus saltem scđm aliquam compositionē saltē
 scđm medici signa, & iuenit̄ multotiēs formā, & nō assimilabat̄ neq̄ p̄r neq̄ mater neq̄ forme com-
 posite ex patre: & matre. Si. n. quis uoluerit extrahere causas singulares rei generate inueniet ali-
 quādo qm̄ uirtus hēbit dñium sup̄ materiā, & tunc illa materia iducet sui similitudinē, & aliquā erit
 materia resistēs: & nō iducet scđm spēm similitudinē nisi modicū, & scđm hilitatē recipiētis patra-
 bit uirtus informatiua: & qñ operat̄ uirtus informatiua: operabit̄ scđm qualitātē, operabit̄ sine q̄li-
 te materie. Et quando diminutio fuerit in membris extēsis, dicemus illud esse in pte scđm informā

tiaz: & si fuerit supfluitas in mēbris pp suum fluxū materie: dicemus qm̄ uirtus se operabit: & tūc cum materia quæ ē in matrice hēbit fortitudinē in acq̄sitiōis forme: tunc nō dabit ei forma scđm intentionē uirtutis informantē: forma dico lineamēralis nisi scđm habilitatē ipsius materie ad recipiēdum, & ita operabit illa uirtus in materia quousq̄ poterit eandē materiā esse mouēs. Et fortasse in illo loco erit cā occulta phibens materiā recipe scđm exigentiā motoris nisi scđm habilitatē suā tūc erit causa similitudinis, si erit ex pte formatiōis uirtutis informatiue assimilabit patri. Et si materia fuerit dominans sup operatorē: ex toto erit assimilatio matri: & hoc est scđm speculationē causa rum singulariū, & si adiūxerimus istas causas erit assimilatio in creatura semp scđm uincēs in eis: ut si forma informatiua ptinēs ad materiā uincens opabit materiā scđm suum modū in lineamēralis. Et si illud qđ pertineret ad foemiam matrem fuerit uincens opatio: fiet in ea scđm suum modū. Et aliquādo incipiet opator operari in materia, & nō patit̄ immutare sicut cōtingit in uirtute nutritiua qm̄ impingit nutrimentū in mēbra: & nō potest inducere assimilationē: sed in morfea: & qm̄ in spexerim? singularitatē cāz: nō poterimus dicere qđ una sit cā cōis ad multa: & si aggregauerim? causas extra ista pparatio segregata a formatione: & circa forma nō accidit p istā habilitatē materie: nec fuit pp operationē solum: & nō erit unum eoz causa solū p se illius formæ quæ generabit: sed illoz adunatio insimul: & menciebat̄ ille qđ dixit qđ cā forme fuit aut sp̄ma aut sanguis. Et similibus quos iduxit nō sūt recte resolubiles in figurā rectā & modū: & impfecte induxit: qm̄ unus uoz simillimoz colligebat̄ a multis. Et illud est qm̄ accepit in eo qđ si filius est similis suo patri tūc nō ē uacūū qm̄ assimilēt̄ siue causa sp̄matis: siue sanguinis mēstrui: cōclisit tamē: qā cā similitudinis fuit in patre & matre cōis & similis scđm quod ponamus cōclusionē istius ad anteriora illius: & illud quod cā cōis est in patre & matre illius similitudinis: & nō fuit mēstruus sanguis, igit̄ sp̄ma fuit: & ex p̄dictis est manifestū quoniā illa similitudo est diuisio falsitatis in uno: diuisio pmissoz cū ē dixit, qā cā cōis erat in patre & matre: dixit uerū scđm qđ quoniā cā coniūcta utriusq̄ fecit ad formā ut p̄dictū est: sed cū diuisit illa cā cōis erit: aut mēstruus sanguis: aut sp̄ma: mētitus est scđm qđ præ determinatū est, quod formæ opator: & nō solum tpe: sed coniūctum cū p̄paratione & habilitate mēstrui sanguis: & super ratiocinati sunt quædam inducētes suum sermonē ex ouib? uēti quæ recipiunt post sui cōplementū a luxuriatione galli.

Capitulum. De diuersitate sp̄matū in mulieribus & uiris.



Ateria mulieris quæ dicit̄ nō hēt in se uirtutē generatiuā: sed positā: ut in ea fiat generatio: dicemusq̄ qā cā in masculinitate: aut foeminate erit dñm̄ in completionē materie masculinitate: aut foeminate: aut in cōpletōe loci cōtinētis: sed cā in masculinitate est cā sicca in sp̄mate: & illud ē: ut ip̄m sit calidū: & eius calor uincēs, & tūc cū sp̄ma fuerit callidū masculus erit, & in hoc iuuat̄ a calore loci: & q̄to fuerit sp̄ma a pte testiculi dextri erit ēt̄ illd̄ poti? qā sp̄ma illius ptis ē magis coctū & magis calidū. Et ē p̄ncipalr̄ ppinquus: qā ip̄m uenit p̄ qdā uenā q̄ ē sub rene in quo colera n̄ra sicut pceptū ē ex anathomia. Et qā sp̄ma nō exit cōtinue nisi cū impulsioib? diuersis: & demum nō ē mixtū: si qm̄ una ps sinistra: & alia ps p̄cedit trāuersum & alia dānificat̄ in itinere: & pp illud pōt̄ eē qđ illud sp̄ma qđ ē sinistrū faciet̄ foemiaz semp: qā ille locus ē fcūs: sed illud qđ de muliere opat̄ ad hoc scđz suū sp̄ma: & suū mēstruū sanguine ē qđ mulier qm̄ fuerit calida in sua cōpletōe nō erit paratū suū sp̄ma & suus mēstruus sanguinis ad faciendū marē: sed qm̄ matrix fuerit calida & nō læsa scđm frigus a materia interiori, uel ex cā extrinseca: & licet scđm quosdā opet̄ sp̄ma scđm qlitatē solū in materia: & nō scđm imixtiōez: si fuerit frigidus in cōplectiōe nō erit: potēs i effectu sed debile: & pp hoc ē uētricul? dexter habilior ad faciendū masculū q̄ sinister: & iste cāe aliqñ simul cōcurrūt & signāt̄ effectū aliqñ: & tūc pculdubio erit effect? ille aut simplr̄ pfecte masculus: aut simplr̄ pfecte foemia. Et qm̄ cōcurrūt cāe ex una pte cū cāis alterius ptis cōseq̄t̄ ille effect? illas pres q̄ erūt fortiores, & pp hoc erit aliqñ in parte sinistra mascul?: in pte dextra foemia. Et significatio sup masculū ē mot? creaturæ i dextra pte, & foemiaz mot? i sinistra pte: & calor & frig? sunt cāe q̄ sunt adiutorie & pparatorie nō cāe iformate, sicut putauerūt qdā. Et dixit Arist. qđ qdā postq̄ mulier fuerit imp̄gnata post. xl. dies fundit̄ sp̄ma: & icipit diuisiōez & qm̄ istud tps ē. q. frustū carnis: & circa hoc significat̄: quia ipsi non sciunt quem intelligat Arist. p hoc: & pp hoc uoluerūt denegare qđ sp̄ma pfundat̄ in materia & miscet̄ euz illa. Et qđ in mulierib? sit qdā assimilatum sp̄mati. Sed mō nos dicamus qđ materia in muliere sit sanguis mēstruus & se in locis quæ matricibus post album & uiscosum: & ab aliis locis decernit quid ad matricez ex cuius cursu delectatur matrix. Et cursus illius materie non est secundum uiam in cursu spermat̄is: & uia in cursu spermat̄is est secundum calorem & uentosum: & aliquando erit pars illius uentosi ante exitum spermat̄is propter sui subtilitatem, & residua pars illius exit cum spermate: & quando homo comedit res in quibus abundat uentosum: exit sperma fortius: & etiam in eo qui luxu?

De natura animalium.

riat non multum, & ille uentus est superfluitas speciei in corpore. Et si exitus spermatis non eēt ingematus a natura nisi propter delectationem deberet tunc fuisse ingematus sperma exire non uelociter, sed paulatim: & paulatim cum tarditate: quoniam delectatio accidit ex cursu materie illius quæ est callida & uiscosa super membrum in quo facit quasi titillationem acutam: & sequetur conglutinatio & unctio in eodem ex eadem materia: & tunc erit illa delectatio super reparationem: & eius quod recessus nō induxit dolorem: & ista delectatio est similis delectationi illi quæ accidit ex restauratiōe aut ex unctiōe super apostema: sed istarum delectatio est fortior per fortitudineꝝ suarum causarum & operationū & eorum quæ patiuntur ab eis. Et quando illa humiditas quæ exit a muliere non generat: non erit sperma: quia nom̄ spermatis non imponitur humiditati: nisi illi qui exit a testiculis: & inducit delectationem quando aliquando exit hūditas quæ etiā non inducit delectationem quando aliquñ exit humiditas quæ etiam non inducit delectationem: & habent similitudinem cum spermate: & non dicitur sperma: quia exit cum delectatione: nisi quia exit a testiculis & complexione forti: et illud quod erit secundum hanc uiam erit potens generare aliud animal extra corpus a quo deducit: & tūc qñ iste omnes differētie eadem in diffinitione spermatis: tunc illa humiditas quæ est in mulieribus non dicitur recte nomine spermatis: neque debet dici membrū aut spiritus: sed humiditas solum: & genera humiditatum sunt quattuor. scilicet quattuor humores: & post illa est humiditas quæ in mulieribus est: quæ non est aliquid istorum: sed est superfluitas illa sanguinis: aut est de natura sanguinis, aut est sanguis permutatus, & est consuetudo quod omnis sanguis permutatus existens in matrice uocatur menstruum quocunq; modo sit mutatum in qualitate: et illud quod dicitur sperma mulieris secundum hunc modum erit menstruum sanguinis, & si dicatur sperma illud erit æquiuocum in nomine. Et ad significandū forte, datur hoc nomē, ut distingat istud quod dicitur sperma a residuo sanguine menstruo, qui non uenit ad tantam maturationem: et res est de rebus scitis, quod iste humiditates magis merentur iuuare in creatura q̄ aliud de sanguine menstruo, & tunc si non esset illud non haberet mulier delectationem in somno: in eius cursu magis q̄ in cursu menstrui sanguinis puri. Et cum fuerit in isto iuuamentum ad creaturam: non erit in eo iuuamentum: nisi secundum uiam: ut sic operans: aut materia aut uterq; & tunc in eo erit uirtus formatiua & materia sicut in seminibus: sed quando in aliquo fuerit uirtus actiua occurrens uirtuti passiue ex illo occursum debet fieri aliquid: si una uirtus fuerit debilis erit operatio debilis: sed quando nihil operatur non est in ea aliquid uigoris. Et tunc quando uir & mulier coeunt & complet citius mulier suum sperma q̄ uir: tunc illud sperma intrans in matricem si esset forte deberet operari fortiter, si debilis debiliter, & ita quia nunquam inuentum fuit illud in muliere nisi habet illud uirtutem generatiuam quod rescindetur a muliere. Et si forte in spermate mulierum esset uirtus generatiua nutritur a spermate uiri: ut sit in effectu: & tunc ponamus quod uirtus generatiua sit in spermate mulierum: nō sit in effectu illa uirtus: non per iuuamentum spermatis uiri: & sic illa uirtus pauca: hęc etiam forte istud sit ualde remotum. Et quod in illo spermate sunt species: licet difficile sit istud dicere nisi forte dicitur: quod ille spiritus sit in potentia: & ducatur in effectu per sperma uiri: & de istis est melius ut dicatur quod in illo spermate non sit utraq; uirtus: sed uirtus formans, & nō propter hoc uetatur dicere quin in spermate uiri sit uirtus extensiuā & lineamentis: ut lineamentū in se & profundetur intra mulieris materiam iuuans ad lineamentationem ipsorum, & non æque cōponit membrum aliquod nec est materia alicuius membri: & postquam coagulatio creaturæ ē ex isto duplici spermate necessarium est ut decrescens sanguinis menstruus assimiletur isti coagulationi, & propter hoc non permutat ab eis in similitudine spermatis: ut aptum sit transire nutrimentū. Sed ille sanguis tūc non decurrit scđm uiam decursus ante imp̄gnationē: quia tūc decurrebat secundū tps iam determinatū: modo aut continue paulatim: quia matrix attrahit ipsū: & sicut nutrimentū in nobis p̄mo sit sanguis, & postea dealbat: & post p̄parat ut transeat in mēbra: sic menstruus sanguis cū decurrerit tpe imp̄gnationis ad matricē recipit decoctionē quousq; assimiletur spermati mulieris, & post trāsīt in mēbra. Et istud si ergo quod sperma sit superfluitas sanguinis quanto digesti: & prope coagulādi in mēbra. Et masculinale cōicat uirtus formās cū uirtute cōicat uirtus formās, cū uirtute ē nutritiue quæ cōiungit cum ea ex materia fœmiarū scđm modū quo nutrit ex ea corpus: & fœminale est æq̄ distās illi, & ista adoptatio diuidit se magis prope mēbris: & nō erit ex superfluitatibus quas natura antiquitus in pullū adoptat in iuuamentum corporis: & aduētus prope uirtutē in illa est signū uirtutis q̄ p̄cessit: sed uirtus informatiua & gēnatiua cōplet in testiculis: & ibi trāsīt ista superfluitas in sp̄ma masculinale informās: & tūc erit uis informatiua cōpleta in ipso a testicul. Et uirtus nutritiua in spermate masculi forte uenit ex parte extremitatū in societate spūs nutrimenti decurrētis in spermate: quæ fiunt cum immutatione sanguinis ad ipsum quod diminuebatur a membro: & quia ille san-

gnis alterabatur ad complexione illius membri alteratione quacunque: & accepit suas uirtutes naturales: licet nõ dũ cõpletas: & nõ est opus ut abnegemus istas ipulsiões ad testiculũ: ipulsiões dico supfluitatũ: & tunc nõ est abnegatũ: quonia testiculus attrahat ab omni parte sui corpis ad seipm sicut non est negatum: quod quædam membra attrahant humiditates ab aliis, & quod medicina attrahit a partibus corporis: & materia, licet sit extranea a corpore eius: tamen attractio est attractio multarum superfluitatum: sed in foemina materia est debilior q̃ possit cõicari ab aliqua, sed magis comitatur adaptamen & retificationem q̃ præstitit ei sua uis: & si cõicaretur aliqua uis esset illud quod dixit ante. Sed quando illa materia implebatur a membris a testiculis postquã fuit digesta: ibi augmentabitur uis informatiua ab illo. Et erit nutritam obediens informatam, aut comitans ipsam: & tunc ubicunq; fuit concomitabitur ipsum sperma: & tunc exit ibi assimilatio completa, & uirtus informatiua quæ est in spermate: aut erit signum uirtutis informatiua: quæ est in illo indiuiduo, & mutabit tunc ad operandum simile illi, a quo uenit, quod est ab illo remota: sicut est sigillum uirtutis nutricem, & ab extremitatibus ad hoc: & tunc hoc est dignius & adiũgitur in unum & generatur ex eis maius de mora unius non est causa ingressiõe tantum: sed inuoluatur inter eius informationem: & secundum sub mora non est in sui informatione, & sua quantitas est minor q̃ sufficiat in generatione eius quod generatur ex sanguine menstruo: quia alterabitur ad naturam principii illarum: & erit illa quantitas minor portio: & non est remotum qui illo quod est fortius ex eis erit materia spiritus & debilius foemiale materia membroz.

Capitulum, De membris consimilibus,



MT duobus spermatibus postquam fuerint adunata spermata maris & foeminae rotundabitur totum super se cum uirtute propria circundans suam essentiam & matrix mouet se ut cooperiat ipsum, Et quidam dicunt quod matrix ambulat ad cooperiendum paulatim: & fit textura extra ex materia spermatis foeminae: quæ continuat ipsum cum extremitatibus matricis interioribus: sed uidetur qd̃ motio matricis ad cooperiendum supra fit festina. Sed cooperiunt illud completur per expansionem eius quod cõtinetur ex alateribus matricis, & hoc propter nutrimentum quod recipit, & tunc magis matrix cooperit sperma: & cooperit: & est uia spermatis, ut inspissetur per calorem & oportet ut creetur iterum sperma: & cooperit ex materia quæ inspissabitur per calorem, & qd̃ intenditur per ipsum & aliis. Et constrictio suarum partium: & illum cooperimentum est causa retentionis mensturoz: ut nutriatur inde creatura, & constringit se mater in isto cooperimento & desiccatur & intendit sugere. Et appetit imprægnata res contrarias, & appetit stulta & contraria: & hoc propter retentionem mensturoz: & illa retentio permutant colorem oculorum mulieris. Et reducit colore uenarum quæ sunt in lingua ad uirorem. Et inducit dolorem pectinis pro constrictiõe orificii matricis: & ista contingunt in principio imprægnationis: & fortasse retardabitur ista operatio per decem dies: & augmentabitur mense cum inceperint capilli crescere, Et primum quod generatur est tæla quæ circundat: sicut circundat in ouo ubi sit retinens: & custodia partium spermatis ne semp agatur & claudatur calor naturalis in ea: deinde materia tædat ad augmentum & extensionem. Sed primum quod generatur in ea est substantia spiritus qui est fundamentum uirtutũ aialium. Tunc ergo est necessarium quod p̃mo generetur id in quo duo fuerint aggregata necessitas & utilitas: & generatio spiritus est leuior generatione membri: ut necessitas est ut crescat spiritus secundum omnem partem, ut ueniat uis & uigor, & ista necessitas est maior necessitate generationis membrorum dico completorum. Et quia radix huius spiritus est illud quod cecidit in matricem inuolutum cum spermate: & tunc non est remotum: quoniam sperma secundum se totum sit locus primus spiritus: uel quod sit in eo locus propter spiritum, in quo spiritus ipse adunatur: & ab eo postea diuidatur. Et impossibile est quod natura non fuerit sollicita circa istum spiritum & quod ponat ipsum ut crescat: ut non in locum certum: & ut habeat motum non a loco certo. Sed opus est ut in primis cognoscatur singulare & diuisum per se: & adunet per se: & quod cognoscatur substantia & determinetur quædam penetratio ab ipso spiritu: & quod iste spiritus habeat fundamentum a quo mouentur ad partes diuersas: & illa pars spermatis quæ sic erit fundamentum erit pars diuisa bene & maturata: & erit cor: ergo oportet ut primum quod generatur sit uas spiritus: & in prima creatura erit insensibile, deinde faciet spiritus ille perforationem coram orificiis uenarum. Et postquam fuerint ille perforationes sensibiles dicentur uenæ: & operator earum erit motus huius spūs: & tunc principium earum erit cor. Et erit clausura uirtutis informatiue: in eo in quo claudit ille spūs, & assilat spūs uero: accit qd̃ i illa materia appebit inflatio ampullosa: & illa materia crescit p̃ illd̃ uerosum: & deim illa sba spūal q̃ nutrit & corroborat i illa materia faciet pforatio

De natura animalium.

nem de illa materia: & non secundum quod putauerunt phisici: quod quia materia erat res humida: & in humido omnis agens est calor: tunc ergo non potest esse: quoniam in illa materia ex illo calore fiat uentus: et ille uentus incendit exitum: & uersus altum igitur: altum perforabitur in manifesto materie: & iuamentum illius perforationis est, ut intret uentus & attrahat per ipsum foramen: sed non est ita res: neque est ille spiritus uentosus superfluitas materie: sed potius res cuius retentio intenditur a natura: & mouetur ille spiritus secundum partem quam appetit anima: & nisi peccen esset coniunctum melius a superiori ad matricem non esset motus illius spiritus in matricem in partem quod exigeret anima: sed ad aliam partem. Et quando generatur ille uetus spiritalis extendit materiam secundum eius dimensiones, & inducit dimensiones in pellicula obuoluentem foramen æque statis foraminibus uenarum quæ sunt in matrice: quæ uenæ aperiuntur tempore menstruorum, & omnes illi meatus adunatur in unum meatum præcedentem in profundum in materia formate: & iste meatus in profundum introducit sanguinem & animam: sanguinem in duabus uenis: aut una & anima in duabus: & quando creantur huiusmodi motus suggit materiam formatam substantiã nutrimenti ab orificiis illarum uenarum & penetrat: purificat sanguis qui alteratur cito in substantiam similem sperme: & fiunt lineæ habentes inicia sanguinea: quoniam sanguis transit in eis: et illarum media quasi saniosa: quoniam immutantur in similitudinem materie, & prima materia est cor & non studuit accipere illam materiam postquam materia fuit alterata ibi: et istud non fit in omnibus æquale tempus deinde in illa materia natat sanguinem: et manifestatur in illa quousque appareat quasi res coagulata. Et principium criniti illius frustulli erit in suo interiori: et præcedet ista natio continue secundum immixtionem partium partis carnosæ: et coagulationis quousque perueniatur in materia illa ad complementum. Et hoc in temporibus diuersis: et postquam illud carnosum coagulatum uenit ad complementum coagulationis, accipit post illa materia nutrimentum per umbilicum: et dictum grossius de sanguine diuiditur ad unum principium: et subtilius ad aliud principium secundum eundem modum. Et principium ad quod ista duo procedunt erit calidum multum & subtilius istorum nutrit rem diuisam ad hæc ut sit cor. Et est illud quod fuit arta ad aggregationem totius spiritus in se in principium unum: & in grossiori operatur uirtus informatiua quæ claudebatur in eo in quo claudebatur spiritus. Et postquam fuerit spiritus delator animæ & anima est una, & tunc erit epar quasi ex superfluitate nutrimenti cordis: & tunc erit cor principium generationis epatis: sed actu erit cor cum sua uirtute: sed materialis pars erit sanguinis grossior immixtus cum menstruo. Sed medulla est omnimoda res ad quam uenit spiritus: & adhuc clauditur in ea & creantur in suam substantiam: sed non est opus in sua generatione sanguine subtili & bono in quantum sanguine: sed iecore quasi esset flegma, & tunc generabitur ad complementum. Et quia cor & medulla & par sunt res indigentes certo situ: tunc creator posuit illa in loco competenti pro ut fuit necessarium: est in motu spiritus in eis: & quod exitus esset a uase competenti sibi. Et spiritus uitalis & animalis & naturalis: non sunt seppregati in spermate: quia sperma fuerit omnino & simile in suis partibus: & non est motus diuidendi spiritus in corpore consimili magis ad unum punctum quam ad aliud usquequo sit possibile quod dicatur: quod spiritus per se moueat se spirituales ad unam partem naturales ad aliam: & accidentales ad aliam: & uirtus informatiua non mouet ad partes nisi creatas: quoniam uirtus operatur operatiõe prima in spiritu, ut diuidat postquam fuerit in se adunat. Et operatur operatiõe secunda in membris: cum iuuamento spiritus. quod medio, eo quod mouet spiritus ad illa membra. Et ista cognitio non habetur de hac uirtute nisi per effectum: & tunc ista cognitio non erit ante motum spiritus a principio: sed post: & noster sermo est modo erit ante motum spiritus a principio: sed post. Et noster sermo est modo in eo: quod est de cognitione eius: quod est ante motum spiritus ad ipsum: & tunc necessarium est: ut sit principio totius spiritus ad unum locum a quo cognoscatur suus motus ad omnem partem: ut sit motus anime primo ad conferentia ad centrum: & post de centro ad omnem partem dextrorsum sinistrorsum ante retrorsum deorsum: & uirtus sensitiua mouetur in sursum: & uirtus nutritiua in aliam partem & fortius latus: & dextrum, & tunc ponit in ea membrum in quo non fuit uirtus: ut neque ascendere faceret ipsum neque descenderet sicut dicemus post. Et propter hoc contingit quod postquam fuerit materia in medio habebit motus ad omnem partem: sed contingit in megacastro: & tunc cognoscunt spiritus suos motus: & operantur uasa cum quibus nutriunt: & in quibus differunt. Et inueniunt intus omnia membra coniuncta cor & epar: & medulla. Et epar est maior omnibus membris: quia illa hora necessarium est multum membro distractio sanguinis & medulla: est tunc minor omnibus membris: quia tunc non indiget multum sensu & motu: & tunc fit caput nutrimentum magnum: quoniam necessarium est ut ex eo post nascantur multa. Et stultum est dicere quod res est: quia hæc exiuit ab illo: uel illud ab isto: quia ista loca in quibus continetur spiritus primo creabat continetia se: & erat postea

quasi foramina: & illa foramina facta sunt per motum spiritus. Et locus in quo adunatur spiritus est unus: & post uadit ad diuersa loca quæ sunt principalia: & ad aliquod principium uadit unus spiritus: & ad aliquod uadunt duo. Et duo spiritus isti inueniuntur in spermate: quia non solum uenit ad ipsum unus spiritus in imo a corde unus: ab epate unus: & a medulla unus, & non est opus: ut tunc ueniat a corde spiritus animalis ad epar: & postea fiat ibi spiritus naturalis: & iterum reuertatur ad cor, sed a corde uadit spiritus qui est naturalis: & informatus & nutritus & in corde remanet de isto spiritu sibi sufficiens: quia nihil ab isto principio nominato procederet formatiuum ad epar naturaliter formetur epar: & postq̄ res est ita tunc uirtus informatiua cognoscit sibi spiritum de illo spiritu quæ fundatur in corde: & illo spiritu transmittit cor ad foramina postquam uenit ad complementum fiant uenæ quædam pulsatiles, ita fuerit parua neruorum procedētia a medulla: & postquam fuerit elongata uidentur quasi canne: & postquam iste canne fiant diuise non est remotum: quoniam non una accipiat nutrimentum suum a corde ad medullam: nisi postquam cor & medulla discreta fuerint: & antequam facta essent ista duo foramina: potest dici quod utrunlibet eorum esset factum ab altero: & non necabitur: sed omnino primum foramen habet ortum a corde, & nō est remotum sicut diximus iam, quoniam ueniat uirtus ab uno membro: & recipiens ipsum ueniat ab illo membro: & illud tamen non habet firmitatem. Et quod supra hic dixerint manchoia non est uerū firmum sicut diximus. Et postquam facta fuerint ista membra ea separatur alia: sicut sperma & nuca medullam, & in ea texuntur nerui & discernunt ossa suam materiam, & quodlibet cæterorum membrorum suam materiam.

Capitulum. De generatione spermatis.



T est primus modus quod sperma fit in principio. q. butig: & ē illud ex intentione in formantis: & secundus modus est qui assimilatur interius quasi gutta sanguinis: & tertius modus qui mutatur sperma quasi sanguis coagulatus: & tunc sperma fit q̄ si cor & p̄ncipalia membra, & sua uasa. Et post fiunt extremitates scilicet pedes & manus: & in omni mutatione est res quædam ypostasis: & post hoc totum est differentia inter mares & foeminas: quia foemina completur tardius. Et experimento res etiam in hoc diuersantur, & illud quod magis erit est post. vi. dies apparet ibi spumofuz: & post hæc in termino trium dierum. s. post nouem dies fiunt guttæ rubæ & fila rubea, & aliquando anteriorantur, & aliquando posteriorantur per unum diem & post. vi. dies alios ab istis: scilicet post quindecim dies: alios ab istis apparet totum quasi sanguis coagulatus: sed aliquando anterioratur per duos dies: & aliquando tardatur. Et post duodecim dies post illos apparet caro & cognoscuntur tria membra. Et extenditur quædam portio a qua procedit nucha: & hæc aliquando anterioratur post quindecim dies & tardatur, & adhuc post nouem dies diuiditur caput a spatulis: & extremitas laterū: & uenter cognoscitur per sensum in aliquibus absconditur quousque sentitur post in termino & diem: hoc est complementum. xl. dierum. Et aliquando posterioratur ista res usq̄ ad q̄ draginta dies: & numerus in hoc sunt. xxx. uel. xxxv. Et dixit Aristo. in prima doctrina quod abortus post. xl. dies quando fundebatur super ipsum tæla & posuerunt ipsum in aqua frigida apparebat creatura parua, & extremitates eius cognite. Et masculus est magis festinus ad hoc q̄ foemina: & uidetur minimum tempus in formatione masculi. xxx. dies, sed terminatio maris & foeminæ secundum hunc modum iudicatur a quibusdam medicis: & prima operatio in formatione est per calorem naturalem & eius aggregationem: & fiūt post foramina & exire: & post incipit nutritiua operari: & quidam putant quod foetus tunc inspiret per os, sed inspirat inspiratione: ut multū postquam fuerit completus in matrice: & super hoc non est significatio aliqua: & dicunt quidam quod postquam natus fuerit duplus ad se iam informatiua: quod tunc mouere duplus dico secundum tempus: & postquam compleuit triplum tempus ad suum motum parietur: & lac incipit a tempore motus creaturæ. Et iam dixerunt quod tempus rectum est. xxxii. uel. Lii. dierum, & tunc mouebitur post. lxx. dies. & post. cc. & x. parient. scilicet post septem menses, & tunc quando fuerit maius quā xlv. dies & parietur post ducentos & lxx. dies. scilicet nouem menses: & illud est res quæ est firma ex toto. Et scias quod sanguis menstruus diuidet se in imprægnata secundum tres partes: scilicet in cibum potuz, & in lac: & illa pars ascendit ad mamillas: & tertia est superfluitas quæ quiescit intus usq̄ ad tps partus & eiicit. Et natus circumdat a tribus mēbranis. s. secundina: & ē mēbrana q̄ circuit totū: & texūt in ea uenæ: q̄ uenæ pulsatiles ueniūt ad locū nō ramificatū & nō pulsatiles termināt ad unā uenā circūuolutā: & ad illā descendit urina creaturæ: & ē mēbrana alia quæ dicitur ascham. & illud est in quo adunatur sudor: & tūc propinquius creaturæ est membrana tertia: & est subtili

De natura animalium.

or, & hoc quia in ea adunatur humiditas subtilis quæ fluit a creatura: & in tota illa humiditate est iuuam: & hoc ut melius exalteret puer super illam humiditatem & facilius: & non grauetur super matricem: & est in eo iuuamentum: ut per ipsum elongetur a superficie matricis quoniam membrana dura inducit dolorem cum suo tactu sicut leditur cicatrix uulnus: cum res est recens. Sed membrana quæ est extra istam & est circumuoluta nominata: & transit ad istam per meatum quædam urinæ creaturæ alienis umbilico: & non exueretur: & hoc quia meatus uenter est angustus: & circumdatur ille paruiusculum qui iuuat adere causam uoluntariam: & iste per quem exit urina est directus & amplus: & posuerunt urinæ receptaculum proprium: quia si coniungeretur cum corpore non posset ipsam pati corpus propter eius acumen: & hæc est manifesta: & differentia inter urinam & humiditatem quæ est sudor est in odore et intensiorem coloris. Et si obuiaretur ei cum secundina corrumpere, forte illud quod comprehenduntur uenis, nec secundina compositio ex duabus talis subtilius: et inter illas contexitur uenæ: et utrunque genus earum terminat ad duas uenas exeundo. scilicet ad tertias et non plus fatigiles: sed duæ uenæ quæ non sunt arterie postquam intrauerint adunabuntur inter se antequam ueniant ad epar: et fiet una uena ut sit magis saluum contentum in ea: et pertransit usque ad gibbum epatis: urinæ faciat angustiam uis exitus colere. Et certum est quod ista uena nascitur ab epate & uadit per umbilicum: & deinde ad secundina: & spargit se & facit se duas uenas: & illæ duæ uenæ spargunt se a secundina ad orificia: uenarum quæ sunt in matrice. Et istis uenis contingunt duæ res: scilicet quod in locis in quibus coniunguntur cum orificiis gracilantur quasi essent extremitates ramorum, & adhuc efficiuntur rubæ primæ: inde & tunc opinantur quod inde nascantur: sed rubedo quæ est in eis: est propter sanguinem quem accipiunt ab eo loco: & tunc si tu inspicias applicationem foraminis putabis, quia radix illarum erit ab epate: & si tu respicias ruborem illarum uenarum: dices illas nasci ad secundina: sed inspecto prima est foramina & meatus. Sed alterationes sunt complete superficiei quæ circumdant foramina. Et ita quod illæ arteriæ duæ coniunguntur cum duabus arteriis: & si acceperis primum a secundina inuenies eas pertranseunt ab umbilico usque ad arteriam magnam: quæ est super costas & super uesicam positas: quoniam uesica est membrum magis propinquum cui ambe poterunt se appropinquare, & sunt ligate cum uesica per membranas propter saluamentum: & propter hoc transeunt in arteriam durabilem quæ non diuiditur in animali omnibus diebus uitæ suæ: & hoc est quod apparent iurationibus medicorum. Sed certitudo est quod duo rami nascuntur certe ab arteria: & dicuntur phisici quod non est bonum: quod istæ duæ uenæ adunentur: & quod tendant se ad cor: propter longitudinem intestinis: & propter obuiationem diuidentium: & quia est prope suum iter: & continuatio cum eis non fuerit opus quod adunarentur. Et dicunt adhuc quod arteria & uena non pulsantur quæ transeunt a corde ad pulmonem, quia non habent perfectum magnam in illa hora ad inspirationem mutauerunt suum perfectum ad uirtutem cibalem & nutrimentalem: & tunc posuerunt in amebus unum meatum ut transeat nutrimentum per eum. Et pulmo in primis est rubeus quoniam non respirat se cibatur cum sanguine rubeo subtili & de albatum cum immixtione aeris de albatum & dicunt phisici quod membrana inuoluta in se generatur ex spermate mulierum, & est istud res parua & multominus spermate masculi & tunc non esset conueniens ut esset amplum, & tunc facta est longa ut contineret creaturam interiori matricis, & est angustia ad capiendum humiditates, & tunc fuit necessarium ut esset paratus locus amplus ad capiendum sudores. Et quod creatura quando magis festinat in suo corde complexio masculina sperget illa complexio in omnibus membris: & tunc in masculino fiet assimilatio ad patrem: & fortasse causa masculinitatis non erit complexio patris, sed ex aliquo modo ex matrice uel complexione matricis: uel aliquo accidente spermate extraneæ: & tunc propter hoc non est opus quod quando est masculus: & in hoc assimilatur patri: quod propter hoc in omni assimilatur patri: & fortasse assimilabitur matri, & assimilatio individualis sequitur figuram assimilatiōis: in masculinitate non sequitur figura, sed complexionem similis complexioni patris: & illa fluit ad membra. Sed adaptatio membrorum extremorum ad figuram erit fortasse magis declinans ad parte matris, & forte poterit uis informatiua mutare sperma & suam figurationem transmutare ad partem patris: sed redditur segnis ex parte complexionis: ut faciat simile illi in spermate quousque fundantur in aliam partem usque ad interius orificium matricis quousque impleat in circuitu. Et fortasse illud accidit in diuerso impulsu spermatis aues: & secundum remissionem secundum impulsus: & hoc quando coniungetur cum eis diuersus motus matricis in attractione: quia matrici in successione accidere motus ei consequenter se adinuicem, & sicut in transgulatione bucellage & sicut accidit consequens inspiratio piscibus quæ masculus impulit sperma secundum impulsiones: scilicet omnes impulsiones erit attractio spermatis ab exteriori: & hoc quia exigit matrix continuationem inter spermata: & illud

est quod potest percipere ille coitus super hoc coitu: & illi etiam hoc dant & affirmant: & ille impulsiones & attractiones singulares non essent pure sed immixte cum motibus diuersis: & compositis. quia omnis ille motus compositus esset ex motibus, sed est non completus unus impulsus nisi cum multis motibus et diuersis: & secundum omnes illos motus diuersos sentit diuersam quietem ille qui expulsi spermata: et post quietem illarum partium incedunt alie eiectiones: & semper diminuetur uirtus eiiciens: & ex paucioribus modis numero diuersis. Et fortasse uices iste erant plus quam tres uel quattuor: & propter hoc duplicabitur delectatio foeminarum, quia ille delectatur in motu sui spermatis: & in motu officii matricis insugendo, sed etiam delectantur adhuc in diuersitate motus matricis: & fortasse exhibit a foemina respondens simili eiectioni maris: & inuoluetur ei se: & iterum uenient alie secundum eandem uiam sibi respondentem: concipiet ergo tunc foemina in uentriculis multis: multos foetus, quia omne inuoluntum cum altero diuiso: diuidit se ab altero: & fortasse inuoluentur spermata: & post diuidetur & hoc propter diuersitatem duorum impulsuum inter omnes impulsus: & hoc propter uentositatem interclusam ab eis: aut ab aliquo alio diuerso motu: uel aliqua alia causarum diuidentium: & forte erit illud propter diuisionem uentriculorum: & illud est quod impedit complementum uitae & forte generabitur istud: sed uidetur quia erit debile: sed illud erit utile quod discrete cadit in radicem. Sed partus erit tunc quando sufficiet puero: & ei adducitur uel addunt a secunda: & illud quod ei accidit ab inspiratione, & tunc iam erunt membra eius completa: & tunc mouebitur causa contra septimum ad exitum: & tunc erit debile ex suo motu, & non poterit illam uirtutem acquirere usque ad unum mensem: & si exiuerit in octauo erit foetus debilis, & non festinabunt ad exitum propter uirtutem innatam: & potius propter occasionem: & exitus nati erit cum fissura scorum & membrorum humanarum: & cum lenificatione fissure ab habentibus contentis: & mouebitur foetus super suum caput in partu naturali, ut sit lenior ad exitum sua diuisio & facilior: sed exitus supra pedes est propter debilitatem creature: quoniam non potest se uertere: & est ille timorofus: & ut in pluribus erit non proficiens. Et creatura ante suum exitum uertet suam faciem super suos pedes & suas palmas super uolumina genuum: uel ante motum ad exitum: & suas naves intra sua genua: & oculos sursum: & colligit sua genua ante se: & est equitans super solas plantas: & sua facies est supra dorsum matricis sue: & facit istud totum ad defendaculum cordis: & iste modus est magis conueniens ad euitandum se. Et adiuuat ad reuersionem ponderositatis superiorum partium: et maxime magnitudo capitis: & eius ponderositas: & quando inde diuiditur aperietur matrix apertione qua non potest esse maior: tunc contingit diuisio coniunctionum maiorum: & descensio adiutorio dei operatur ad hoc: ut faciat dei quae paratur ad hoc: ut faciat illam discontinuationem iterum reuerti ad continuationem naturalem: & erit illud opus de operibus uirtutis informatiue: & proprie est res coniuncta cum deo qui uadit cum puero in suo clemento: & ignorat parum benedictus deus: foeminae ueniunt ad complementum diuturniori tempore: & hoc propter debilitatem uirtutis informantis: & si fortis esset masculinaretur: quando ergo formantur mulieres debilis in eis est uirtus: canescunt citius propter sui uilitatem: sicut arbores humide et albecilla: & uimina: augmentantur enim uelociter quoniam natura non imperfectionem earum usque quod ad omne complementum, & quando non intendit sollicitate circa ordinationem: & fuerit materia multa fit uelociter retardatio: etiam aliquando est ab agente, & si non fuerit impeditus: & hoc est etiam ut ipse ueniat ad perfectum complementum: aut quia diminutio est in masculino: & mulieres, licet diminuantur propter hoc: uel impediuntur propter hoc uirtutes naturales in communibus: & si diminute fuerint naturae earum respectu naturae uirorum qui proportio obedientie materiae foeminae & sue multitudinis & sue subtilitatis ad dissoliditas corporis uiri est maior quam praeparationis proportio: & complementum uiri ad complementum mulieris: & est maior quam praeparationis proportio: & uirtutis masculi supra uirtutem foeminae. Et illa quae est impragnata a masculino: est in omnibus melioris modi quam impragnata a foemina: & parit citius: & foemina habet pauciores uires ad naturandum: quod accidit sibi ex matrice: & aliquando impragnantur quaedam mulieres: & tunc impragnantur: & causa huius meliorationis est propter retentionem maiorem in suis membris: & proprie est uia in hoc quasi uia sanguinis: menstruofum est ut sit multus & uirtus eiiciens ipsum est fortis. Et pori corporis sunt amplii: & erit in suis humoribus acumen modicum, & cum hic aperientur magis foramina, & propter hoc citius poterunt exire humiditates: & ille exeuntes attrahunt secum alias. Sed tunc cum est retentio menstruorum poterit natura obuiare praedictis ut faciat transire in nutrimentum partem illius quod solebat exire: & residuum superfluum expellere per sudores: & alias euaporationes. Et dixit Aristoteles quod omnium animalium partus est determinatus: sed homini non, quia aliquando parit in fine. ix. mensium: aliquando in fine. viii. & parit uiuit ille

De natura animalium.

qui nascitur in fine, viii. mensium: & fortasse nō nascitur in. viii. mense: sed mulieres dñt hic quia eis accidit sanguis menstruatio a principio impregnationis: et hoc non computant. Et fortasse illi qui putantur quod matres impregnantur ab eis per decem menses parum uiuunt: & fortasse non trahebant per tantum, sed putabatur a matribus propter aliqua accidentia similia impregnatorum: & maxime cum eis rescinditur menstruositas sanguinis, Et iam dixit una fidelis, quod una mulier peperit post xiiii. mensem unum puerum & inceperunt nasci dentes, & bene uixit: & alius qui uidit puerum nasci per. vi. menses & bene uixit. Et dixit Aristo. quod aliquando nascuntur, v. proles in uno uentre: & dixerunt antiqui quod mulier peperit quattuor in illis quattuor uicibus. xx. filios: & quaedam mulier abortit. xxxiii. figuratos: & audiui a fidelibus quod una mulier abortit. et quando una mulier parit masculum simul & foeminam raro euadunt & duæ creaturæ, sed quando duò mares uel duæ foeminae exeunt ab utero multotiens euadunt omnes, et ecotra, & mulier imprægnatur supra primam imprægnationem, & abhorreunt: ut in pluribus: & iã abhortiui qdam uiuant. xii. qui generantur secundum successiuam impregnationem. et alium quomō imprægnatio sequitur statim impregnationem contingit eis post partum uita sicut contigit mulieri quæ habebat duos filios: & unus assimilabat marito & alio amasio: & alia quæ impregnabat primo a duobus: & sup imprægnabat a tertio: & cum peperit euaserunt duo primi, & aliqdo cum super imprægnat pariter uiro cōcepit & abhorret secūdo conceptum: & aliquādo parit mulier in fine. viii. mensium: & tunc super caput nati apparent superfluitates spermate: uel aliquando similes luto: uel similes cōmestioni mulieris. et quōdo mulier comedit multum sal non nascuntur filio eius ungues propter acumen salis. et lac naturale in sui principio fit aliquantulum salsum: quia multum moratur in mamilla, & ipsum agit calor naturalis. et mulieribus ut frequētius abscindit menstruum post. xlviii. annos: & aliquādo durat usq; ad. l. annos, et cum mulier abundat multū in mēstruis impregnatur: et non inueniebatur mulier quæ peperit post. l. annos: et sperma uiri est generatum usq; ad. lxxviii. annos: et aliquādo usq; ad nonaginta: et hoc raro. et aliquando mulier est sterilis cum uno uiro et secunda cum alio: et ecōuerso: et hoc simile contingit in uno. et aliquando homo in sui iuuentute fecit foeminas: et cum peruenit ad complementum facit masculos. et aliquando masculus non potest generare anteq; compleatur sua cōplexio. et mulieres quāda cito pariūt et de facili: et male retinēt foetū in uentre: & quāda retinēt foetū in uentre et difficile pariūt. et quāda semper faciunt masculos: et quāda semper foemias, et iam dixerūt de quodam qui habuerat. lxxv. filios et non habebat nisi unicam filiam: et illa quæ non imprægnatur nisi per iuuamentum medicinarum facit frequentius filias, et qdam homines sunt qui generant cū sunt parui: et non generant post usq; .lx. uel. xl. annorum, et cā in hoc ē cōplexio calida et sicca: et tunc tempus adolescentiæ temperat siccitatem: et tempus senectutis calorem. Aliquando filius assimilatur patri: et in seruitutibus et lentiginibus faciem: et causa in hoc est iam scita et plures masculorum assimilantur patribus: et plures foeminarum maribus matribus: et aliquādo accidit contrarium, et quaedam mares generat semper similes: et quaedam foeminae similiter: et quaedam animalia inter suam matrem continuatur in secundina: & quaedam consimilia matricis: & aliquādo cum nascitur fetus: & proprie quadrupedalium adunata sunt inter ipsum urina & stercus. Et aliqdo inter umbilicum unā uena sicut in animalibus paruis, & aliquando due: & quādo mulier debet parere quanto inferius incipit dolor: tanto significatur: quia cicius debet parere: & humiditas quæ præcedat masculum in partu erit quasi aqua squamosa: & aqua quæ præcedit foemias in partu erit quasi sanguinolenta. Et partus mulierum erit grauior quā aliorum animalium: & partus masculi erit grauior quā aliorum animalium: & in partu debet notificari umbilicus: ut cum exeat sanguis & aīa postq; coagulatur sanguis super secundinam quasi in specie uermis non nocet solutio illius nodi. Et aliquando tempore partus diuidit se sperma: & aliquando cicius: & tunc putatur quod fiat abortus. Et aliquando exeunt manus coniuncte cum costis, & aliquando coniuncte super caput. Et quando que una illarum in exitu cooperit os a frigore: & cum hic diuiduntur: & quandoq; duæ statim egredientur: & quandoq; retardantur: & color manuum aliquando in rubeum: aliquādo in nigrum. & quando ante partum exit humiditas multa: aut sanguis difficultatur partus: quia aufertur leuificatio exitus, et ridet puer post. xl. dies: & hæc est prima actio quæ operatur anima rationalis in suo corpore: & somniat post duos menses: & ut putatur tradit obliuioni: & dico ego quod est quia discernuntur in illo tempore eos sensibiles: & remanent impressiones in uirtute memoratiua. & anterior pars capitis: & mollior: & nō est ita in aliis animalibus: & licet quibusdam sit illa pars mollis: tu nūquam ita molli ut in hoc, & omne animal nascitur cum dentibus præter homo: & aliquando nascitur homo cum dentibus quando tardatur suus partus: & septem menses incipiunt nasci inferiores: sed primo sui duo superiores: & raro nascuntur citius. & abundabat lac post partum: & sunt quædam mulieres

dam mulieres quæ emittunt lac post partum, non solum a collo in mamille: sed etiam a poris in circuitu: & aliquando exit lac sub ascellis: & aliquando exit pilus cum lacte: & aliquando remanet in eius: & facit dolorē: & ego credo quod ille uel istud generatur in mamilla, & durat lac in muliere per duos annos: & ad hæc aliquando amplius quousq; imprægnatur: & abscinditur eius lac: aut minoratur: & quod diu durat lac in abundantia non uenit menstruum: & aliquando tam uenit. Et quando puer cum lædē in cōpletiōe: multū nō uiuit ultra, vii. dies, imo aliquā morit̄ ante, & quā ægritudo accidit pueris scđm naturā augmētā illa ægritudo ī augmēto lunæ quā tūc augmētāt̄ oēs hūiditates.

Incipit liber decimus, De imprægnatione & eius impedimento.



I mulier quæ non potest imprægnari aut abortit cum imprægnatur: hoc accidit propter annos: aut propter aliquam occasionem siue completionem: aut occasionem membrorum principalis: & aliquando erit hoc propter matricem: & hoc quia calefaciet sperma, & desiccabit ipsum: aut infrigidabit ipsum: & faciet ipsum cōgellari. Aut erit ficta & desiccabit. Aut erit humida & uetabit coagulationem: & inducit leuificationem. Aut forte completio uasorum damnificabitur: aut orificia uenarum matricis erit oppilata. Aut quia matrix erit multum profunda. Aut quia erit tortuosa & posita in loco non naturali, & non fugit sperma secundum rectum sub sperma: sed circum. Aut sanguis menstruus damnificabitur in sua completionem. Aut fiet error in projectu menstuum: & significatur propter hoc quod complexio matricis est mala: & tunc si prouenit menstruum secundum modum naturalem: & in eius uirtute & substantia & in hora prouentus ueniat secundum terminos rectos: & non fit in orificio matricis durities cum post in fine mēstuum: in unum cōstringi matricē nō cōtingat. Aut orificium matricis nō sit multum molle: tūc huius mulier de facili imprægnat, et sūt quædam matricēs quæ de facili tumescunt: & tūc hoc erit una causarū quæ impediūt imprægnationē. Et debet matrix in tpe coitus esse humida temperate: & eius humiditas est de genere humiditatis sudoris: aut lacrymarum oculi quādo inspiciunt solem. Aut sicut saliuā hominis, quando delectatur in cibo: & illa humiditas debet eē tēpore coitus & non post: quia imprægnatio iuuatur per siccitatem. Et quando tempore coitus uadit semen mulieris ad matricem & non rectificatur per sperma uiri: resoluitur in uentositatem & facit uentrem tumescere: & sperma uiri similiter quādo intrat matricem non secundum modum naturalem. Et quando mulier habet plagas in uulua non potest imprægnari. Et de infirmitatibus est quæ adunatur in ea aqua in similitudine ydropis: ægritudo dicitur quare naturalē. Et imprægnatio ē quod semina concurrunt simul, sed quando unum anterioratur uel posterioratur non accidit imprægnatio: & quando mulier tarde eiicit semen: tunc masculus qui tarde eiicit citius imprægnat. Et sperma fuerit multum superfluum in mare aut foemina: iuuat & delectat multum eiicientem. Et quādo mulier somniat coitum tunc clauditur eius matrix: & apparent in ea sinchomata imprægnatiōis. Et aliquando clauditur matrix super illud sperma: & accidit mola matricis: & dico ego quod hæc mola accidit secundum istam uiam in spermate mulierum: aut quando coit & mas: & intrat sperma foeminae in matricem, & non intrat sperma maris: & quando complexio matricis ē bona, & est temperata in calliditate & siccitate: coagulatur illa materia, & non lætificatur ad exitum: & nutritur ex menstruo sanguine, sed aliquando nutritur glandule: & aliquando causa illius est frigus coagulatus uel coagulans prædictum sperma. Et generatur quædam orificia quibus eis uenit nutrimentum: & ideo rescinditur menstruositas sanguinis: & aliquando adunatur humiditates in matrice: & rescindit menstruum sanguinis: & putant homines quod ista infirmitas sit mola, sed non est: quia in ista magis alleuiat matrix. Et dico ego quia quod audit sermonē super spermatis mulieris accidit. Et dixit Aristoteles uel intellexisse muliere non spermatizare non habebit quez ruderit. Et non omnis eiectio spermatis inducit debilitatem: quando illa eiectio quæ spermatis est cum est superfluum confortat. Et foeminae auium appetunt masculos: & cum non habent masculos orant oua uenti, & aliquando faciunt oua uenti: & superueniens luxuria masculorum inducit eis uirtutem generatiuam.

Hoc solum capitulum loco. xi. libri.



I dicem⁹ radices iam positas, & tu iam scis: quia omnes res naturales, sicut sint propter finem cum intrat eas quædam necessitas: & iam scis quot modis dicitur necessitas. Et eorum quæ sunt pro necessitate, quædam sunt ad finem, & quædam non: & scis quomodo debet distinguere animam: & quomodo inueniuntur eius propter differentie & scilicet, & quomodo cadunt in earum actione & passione, & quomodo applicantur actiones & passionis animarum.

Incipit liber. xii. de diuersitate complexionis.



I dico prima complexio corporis: sed secundum complexionem originale: & complexio prima secundum quattuor primas qualitates: sed secunda complexio est secundum humores quousque fiunt membra consilia, & tertius modus secundum complexionem membrorum: secundum quez sunt membra menstrualia. Et iam

scitū ē qđ ille ē antiqor oībus aliis: sed tamē posterior secundū instrumētalīa accidit aīali qđ fit aīal & habeat effectus scđm quos dicat aīal, ut sensus & motus, & res pertinētes sibi. Et si mēbra cōsimilia eēnt potentia compleret substātia aīalis ex se: non eēt necessariū tunc facere instrumētalīa quibus haberet suum motū: quoniam non fit ut multiplicet numerus, sed neq; fit magis pulchrum uel unum supplet defectū alterius: aut quod faceret suum opus p̄prium: uel ut qlibet cum alio esset cōiunctum ad faciendū opus: & in cōsimilibus uincens est natura unius originis, & tunc dñt quod os est terreste: & eadē est casula: sed instrumētalīa in eis non accēditur cōplexio. Et aliquis potest dicere quod sensus pōt compleri unico mēbro cōsimili: qm̄ tactus secundū quosdam p̄ficitur carne: secundū quosdam neruo: sed olfatus p̄ mamillā uenientē a cerebro: & auditus per neruum quā expandit super foramen auditus & gustus per neruū qui expāditur super linguā, & tunc licet istorum fiat: cum fiat simplō, nō tamen poterit se cōplere p̄ unum simplum nisi solus tactus, & tñ p̄ter hęc creata fiunt p̄ tactum mēbra instrumētalīa, ut cū hic sentit ut per extremitates digitōz, sed uisus nō cōplet se per cristallū solum, sed etiā per illos pāniculos & figura quā determinata est oculo & de hoc dicemus post. Et inspiratio fit per nares cum iuuamēto diafragmatis, & desert aerē ad mammillas olfatus & auditus cōpletur per auriculā & eius foramē, & gustus per linguā: & quodlibet illorum est instrumētale dixit: sed certe operationes aīales sunt cum p̄tribus cōsimilibus. Et membrū quod est p̄ncipium sensus & motus: est etiā sentiens & de numero mēbrorum cōsimilium: & qā est p̄ncipiū motus & appetitus & ire: & est instrumētale: & hoc est in aīalibus sanguinosis, & in aliis aīalibus res similis cordi. Et oē mēbrā habet suas uirtutes naturales sitas in mēbro cōsimili: & suas uirtutes aīales, & aīatas cōculatas in instrumētalibus: & tūc particule corpis ampliorē uocabulo pōt dici mēbra, & humiditates dicent̄ cibi aut supfluum: & fundamēta hūiditatum fuit sanguis, & illius spissum magis cibatur, & aīal sanguineū est magis obfusum quod autem habet subtilitatem in sanguine, & magis intelligens.

Capitulum, De complexione & humiditatibus.

T dicamus p̄mo de cōplexione in uniuersali: & deinde de hūiditatibus. Et dico qđ cōplexio est res accidens ex q̄litate cōtrariarū operatione in p̄ticularis minis: & diuidētibus & alterātibus se adinucē: & tunc in eis accidit una q̄litas quā dicit cōplexio contraria: scđm omnes cōplexiones æquales scđm oēm spēm, & opus est ut scias: quia æq̄le quod speculant̄ medīci in suis inq̄sitionibus nō dicere æquale in sui natura: sed q. deuiatū ab æq̄litate quā hēt esse in sua specie: sed forte tēperātia in hoīe est p̄p̄nua simplici tēperantie: & nō ē ita in cæteris. Et modo dicamus de tēperātia in hoīe: & est. viii. mēbrorum: quia aut exit secundum speciem sicut dicit: quia hoc est tēperatus respectu equi: aut qā erit tēperatus secundū propriā speciem. Et unomodo dicitur tēperatus secundum propriam spēm. Et alio modo dicit tēperatus non in collatione sui modi: sed ad alterū modum in illa specie: & frigida respectu maris. Aut secundum collationē ad suum modū: ut foemia respectu foemiarū: aut dicit tēperatus in uno modo respectu alterius in eadē in eodem modo: & in eadē specie, & dicit tēperatū in aliquo respectu suis secundū diuersum t̄ps: aut mēbrā dicit esse tēperatū secundū diuersum t̄ps respectu sui: & modus prius est q̄ reperit̄ in hoīe in cōparatione ad alia aīalia & alias res: & illd̄ hēt latitudinē: & si fuerit magis recēs: & ista latitudine nō poterit esse hoc: & secūdus modus est immediate huius latitudinis: & est ille modus hoc t̄patus in suo mō: & est illa t̄pantia post cōplexionē cremēti: & ē ista tēperātia in ueritate: licet nō sit t̄pantia: tñ raro reperit̄, & hoc iste nō potest eē t̄patus: nisi omne mēbrū in ipso sit in dispositiōe quā reducit aliud mēbrū ad æq̄litate, sed si quodlibet mēbrū speculetur in ipso p̄ se nō reperiet̄ in se t̄patū nisi cutis ut dicit̄ post qm̄ est multū callidū: & ita debet: qā in eo spūs & calor sunt p̄ncipia uitæ: & hūiditas q̄ est p̄ncipiū cremēti, & mēbra p̄ncipalia sūt tria: scilicet unum eorum sic magis p̄ncipale: & inter ea est membrum frigidum, quia est medulla quā non potest temperare calorem cordis & epatis: & siccitas cordis non potest temperare humiditatem medulle & epatis. Et medulla non multum est frigida, neque cor est multum siccum: sed cor secundum duo p̄ncipalia alia & siccum & medulla: scđm alia est frigida: sed modus iste est strictior q̄ modus p̄mus: & tñ hęc latitudinē & huius uel hęc cōplexio secundū regiōes, qm̄ indi hnt cōplexionē suā quā uiuūt: & franci aliā: & unus nō posset uiuere in regiōe alterius: & circa qlibet ps in regiōe cū sua cōplexiōe hēt latitudinē in duōs termios. Et modus q̄rtus ē mēbrā iter duos terminos p̄dictos, & ē magis t̄pamentū illa pte hoīum. Sed modus quintus ē magis angustus p̄mo mō & tertio: & ē cōplexio determinata homini: secundū q̄ pōt uiuere, & hēt latitudinē & duos terminos: & debes scire qđ oīs hēt cōplexionē sibi p̄p̄riā. Sed sexta ps ē mediū iter ip̄os duos terminos, & ē in quē hūdo erit hō secundū statū determinatū optime cōplexionatū. Et septimus modus ē in mēbris se

cū dū quē oē mēbra scd̄; suā spēm hęc q̄litate sibi determinatū: scd̄; qd̄ dicit q̄ os debet magis siccu; &c. Et. viii. modus ē t̄pantia mēbris alius in optimo mō in opatiōe illius homīs cuius ē. Et qm̄ specu labunē spēs erit maior t̄pantia in spē hoīum, & illi q̄ stāt recte sub æquociali debet in maiori t̄pantia nisi forte mare īpediat: & q̄ sunt ī. xiiii. climate, post sunt in maiori t̄pantia: & illa speculatio ē secundū latitudinē regiōis: & aliq̄n accidit ex mōtibus & aquis res iundates hoc. Sed p̄ncipalia mēbra nō sunt p̄p̄nqua t̄pantie: & caro inter oīa mēbra ē magis t̄pata: & post illa cutis excedit: qm̄ n̄ sentit res t̄patas: & hoc q̄a neruositas in ip̄a t̄patur p̄ sanguinē in extremitatibus uenarū: & homīes dūt hic, q̄a simile nō sentit simile. Et maior tēperātia cutis ē manus & illius palme. Et palme index & indicis eius extremitas, & ille debet eē index in tactu. & debes scire qd̄ cū dicit qd̄ aliq̄ spēs ē tēpata nō in ueritate ē t̄pata uel intēperata: ut hic: q̄a tūc de necessitate illa cōplexio corpis hūani: s; dicamus cōplexionē t̄pata qm̄ nō declinat a cōplexiōe hūana in aliq̄ q̄litate: & tūc dicit t̄patum secundū eius affectū in corpe hūano. Et nūc dicemus de distēperata, & scis q̄a sunt octo modi. Et ē un⁹ modus q̄ nō est scd̄m materiā, sed color q̄ est in ip̄o cū acq̄suiuit ip̄m p̄ ignē: aut scd̄m materiā quæ dicit hūor. Et debes scire qd̄ cōplexio q̄ est scd̄m materiā: ē duobus modis: aut q̄a illa materia penetrat mēbra: aut q̄a continet in uenis & neruis.

Sequit̄ aliud de cōplexione cordis & spirituu;: & a qua spūs nascant̄.

C Alidius corpis est spūs & cor: a quo nascit̄ & post sanguis: q̄a licet dicat̄ sanguis qd̄ generat̄ in epate, tūc necessario accidit ei calor a corde: & post sanguinē caro epatis: q̄ est q̄si sanguis coagulatus: et est frigidior q̄ misceret̄ in illa carne filaminosa: et post hęc uenæ pulsatiles nō p̄p̄ eaz̄ neruositate: sed q̄a recipiūt calorē ex sanguine et spū: & post uenæ nō pulsatiles et post cutis palme q̄ est t̄pata. Et frigidi in corpore est flegma & post spiritu, & pinguedo post: & capillus post: & post ossa, & post cartilago, & post ligamētū: & post corda & mēbrana post: et post nerui: et post nucha: & post medulla: et post cutis: et huius in corpe ē s̄ta: et post sanguis: et post pinguedo: et post sepū: & postea medulla: et post caro, mamille et testiculi: et pulmonis et epatis et splenis et renū & musculi et cutis: & iste modus quē posuit. G. Sed debet sciri qd̄ pulmo in sui cōplexione nō est multū humidus: q̄a oē mēbrū in sua cōplexione naturali assimilāt̄ suo nutrimento in sua cōplexione accidentali sibi, p̄p̄nquo: et pulmo nutrit̄ ex sanguine callidiori, et cum quo miscet̄ multū de colera: sed adunate sunt in eo multe sup̄fluitates ex uapore nutrimento; et catarro capitis: et tūc secundū hanc uia est sicci⁹ epate: q̄a sua mollicies est nisi accidentaliter: et hūiditas mēbri sanguinei ē: q̄a sanguis profundat̄ in illo mēbro multū ad cremētū. Et licet flegma sit magis hūida q̄ sanguis: oportet qd̄ admittat multū de sua hūiditate ante q̄ fiat sanguis: q̄ flegma naturale ē materia sanguis: & magis siccu⁹ in corpe ē capillus: q̄a est ex uapore sicco cuius hūiditas cū uaporauerit & coagulabat̄ sicci⁹: & post hęc os qd̄ humidus est q̄a nutrit̄ ex sanguine. Et qd̄a aīa lia sunt quæ ideo nutriunt̄ ab ossibus & nō capillis, & post os in siccitate est cartilago: & post ligamētū: & post mēbra: & post uenæ non pulsatiles: & post pulsatiles, & post nerui faciētes admouēt: & post cor: & post nerui sensuū: q̄a nerui motuū sunt magis frigidi & sicci: et nerui sensuum sunt frigidi & sicci: et nō sūt multū sicci: imo accedunt ad tēperantiam fere deinde cutis.

Capitulum, De ætatibus.

A Etates sunt q̄ttuor uniuersaliter ætas cremētalis: & uocat̄ anni puerorū. et durat fere usque ad. xxv. annos. Et post ætas status usq̄ ad. xxxv. annos: aut. xl. Et post ætas diminutionis: & est cū remāssione uigoris: & dicit̄ ætas uirilis usq̄ ad. lx. uel prope. Et ætas diminutionis cū diminutione uigoris a. lx. usque in finē. Sed puerilis ætas diuidit̄ in nouiter genitā & ætatē motiuā: & ætatē ante fortitudinē. Et est illa quæ ē dentiū plantatiua. Et est ætas quæ est ante luxuriā: & ætas nouiter genita & habens colorem quasi temperatum, & abundat in hūiditate: & est diuersitas inter medicos de calore iuuentus & puericie: quia dicit̄ quidam quod calor pueritie est intēsi⁹: quia tunc magis crescit & complent se circa in eis appetitus & digestio: & hęc quia calor naturalis quanto acq̄suiuit ex spermate est maior & fortior: & dicunt alii quod calor iuuetutis est acuti⁹: q̄a sanguis est spissior: & ideo tūc fluit eis sanguis aurib⁹ multū & q̄a cōplō ē tūc multū calida: & cōplexio puerorū est magis declinans ad flegma: & q̄a motus iuuentū sunt feroci⁹ res, et motus nō est nisi p̄pter calorem secundū appetitus quæ crescit in pueris, non est p̄pter calorem, sed propter frigus: & propter hęc accidit appetitus caninus. Et significatio quia in iuuentibus est fortior appetitus et melior decoctio est: quia non euomunt et habent delectationem in eo quod comedunt, et dixerunt quod significatio eius quod sua complexio declinet ad coleram: et quia eis accidit semper ægritudines calidæ ut frequētius ut tertiane ut uomitus eorū est colericus. Et ægritudo puerorum est frigida et hūida: et febres eorū flegmaticæ, et maior uomitus eorum est fleg

De natura animalium

ma: et dixerunt quod crementum in pueris non est de fortitudine caloris in eis: sed propter multaz in eis humiditatem: & adhuc multitudo sui appetitus est propter diminutionem sui caloris, & hæc sunt approbationes in suis sententiis, Sed summus medicus diuersatur ab istis: & uidet quia calor in istis ambobus est æqualis secundum radicem: sed calor in pueris est maior secundum quantitatem & in iuuenibus secundum qualitatem: & significatio super est, ut si acciperemus penetrare unuz calidum in aquam: & tantum in lapidem siccum: & inueniemus: quia calor in aqua est maior & humidior, & calor in lapide est maior: & magis acutus, & simile quod in pueris est calor quoniam pueri generantur ex spermate in quo est multus calor: & ille calor non obuiatur accidenti cum quo insuper adebatur: quoniam puer est semper in augmento: & secundus gradus non habet propter quod diminuatur calor: quomodo ergo reuertetur: sed illi qui sunt supra pueritiam non habent eam augmentantem calorem naturalem: nec habent causam remittentem: sed ille calor qui est in eis custodit in eis humiditatem radicalem: secundum minoritatem: & quantitate & qualitate usque perueniat ad ætatem diminutionis. Et cum inspexerimus hanc humiditatem non erit pauca respectu caliditatis: sed erit pauca cum comparauimus ea ad crementum: & tunc hoc est quoniam in humiditate pueri exigitur: ut conseruet calorem: & ut patret augmentum. Et una duarum qualitatum non sufficit: tunc ergo necessarium est ut sit in medio: ut sufficiat una duorum post alteram. Et factum est quod humiditas sufficiat cremento, & non calori naturali, quomodo ergo poterit fundari super aliquam rem crementum, quæ res non poterit saluare radicem: & tunc remansit ut illa res humida sit porus sufficiens cremento: & est res sicca: quia illud tempus ætatis est ætas maior pueritia. Sed sermo aliorum quod augmentum in pueris est causa humiditatis præter calorem, & est res flegma: & illud est quia humiditas est materia augmenti, & materia non est aliquid agens per se: nisi per uirtutem operantem in ipsam: & res agens in hoc est natura uel anima nutu dei, & non operatur illa uis nisi per calorem. Et qui dixerunt quod in pueris est frigus: sed propter illud in eis accidit appetitus est flegma: quomodo ille appetitus est appetitus corruptus: & est ex frigidityte complexionis. Et non erit cum hoc digestio nutrimenti. Et digestio in pueris aliquando est secundum optimum modum: & nisi hoc esset non redderetur corpus plus de nutrimento quam ipsam amittat per dissolutionem: & in tempore crementi. Sed accidit pueris mala digestio propter malam gulositatem & inordinatum modum comestionis: & quia comedunt multa humida: & suus modus inducit corruptionem hac uia in pueris: & tunc est hæc uia in complexione pueri: & in ætate propinqua & uersus supra: & tunc opus est ut scias quia calor post tempus status receperit diminutionem: & hoc quia calor aeris circumstantis aufert humiditatem interiorem: & adiutorium etiam calori extrinseco in consumendo humidum est calor naturalis intrinsecus: & propter hoc iuuat ad hoc motus animalis: & alii qui faciunt ad conseruationem uitæ: & post hoc etiam pigrescit natura pati semper istud: & defendere occasiones accidentes ex istis: quia omnes uirtutes corporales habent terminum. Et hoc iam siccum est: & tunc non erit earum operatio semper, & tunc si ista uirtus esset infinita, & semper esset restauras istud quod dissoluitur æqualiter remaneret: tunc semper res sed dissolutio augmentatur: & humiditas tunc necessarium est quod semper diminuatur quousque constringat: quia corpus patitur dissolutionem: & dissolutio creat per humiditatem. Et quelibet istarum rerum iuuat ad diminutionem corporis & contradicit sue dissolutioni, & tunc quando res est ita finita humiditate extinguitur calor, & proprie, quia sua extinctio est propter diminutionem materie: & proprie & etiam: quia accidit adhuc humiditas extranea quæ semper propter diminutionem digestionis cibi aggregatur, & tunc iuuat ad extinctionem caloris duplex modus. Et unus eorum propter strangulationem & submersionem. Et alius propter contrarietatem in quantitate: & illa humiditas erit flegmatica facta, & ista est mors naturalis terminata in omni indiuiduo secundum suam compilationem primam: & quilibet habet terminum terminatum diuisiuum indiuiduis secundum diuersitatem in complexionibus: & sunt isti termini naturales uitæ. Et adhuc sunt alii termini mortis quæ sunt per accidens ut interfectio: & tunc ex hoc quoque notum est: quia corpora iuuenum & puerorum sunt calidia æqualiter, & corpora uirorum & senum frigida: sed corpora puerorum excedunt æqualitatem in humiditate: et propter hoc crementum in eis & humiditas super hoc fundatur probatio. Et est mollicies suorum ossium & membrorum: & significant super hoc sillis adhuc, & est propinquitas sui ad sperma & spiritum fumosum ex quibus generabatur, sed uiri maxime illi qui sunt senes quod cum hæc quod sunt facti sunt sicci & scitur hoc per duriciem suorum ossium & siccitatem sue cutis. Et argumentum ad hoc est: quia sunt remoti in hoc tempore a spermate & spiritu fumoso. Et ignitas aut est æqualis ipsius & aliquantulum eos extendentibus & atritas & aqueitas magis: & terrestritas in uiris est: & in senibus magis quam iuuenibus: et iuuenes magis retificantur quam senes quam pueri in completionem, quia respectu puerorum

sunt sicce complexionis: et respectu senum & uirorum humide complexionis, et senes sunt sicco-
res iuuenibus et pueris in complexione mebrorum, et humidiores humiditate accituali q̄ remollit.

Incipit liber. xiii. de alteratione nutrimenti in animali.



T dicam quia cibus susceperit q̄dam digestionem in masticatione: et hoc quia mēbra
na in lingua & palatu est eadē cum interiori stomachi tinnica quare cōicat cū ea in opa-
tione aliqua cum cibus fuerit aliquantulum masticatus: et coadiuuat super hoc salua i
qua est calor uiuens ad eius decoctionem: et propter hanc digestionem triticum masti-
catum magis maturat a postema q̄ decoctum in aqua uel pistatum: et significatio super hoc est: quia
per masticationem admittitur sapor et odor qui fuerint prius. Et cum peruenit illud ad stomachum
decoquetur decoctione completa. Et non solum calorem stomachi, sed iuamento circumstantium:
sicut epatis a dextra et splenis a sinistra. Quoniam splen non calefacit per se: sed per uenas multas
pulsatiles quæ ueniunt ei a corde: et non pulsatiles ab epate et anteriori cum zirbo, et hoc quia zir-
bus de facili calefit propter sepositatem in eo. Et deinde calefacit stomachū ab anteriori et a superio-
ri cor, quia quod appropinquatur stomacho: et hoc mediāte calore diafragmatis. Et tunc digestio i sto-
maco cuz imiscetur cum illa materia: aquositas potus generatur ex uniuerso succoitas quæ de faci-
li transeat ad uenas epatis. Et post hanc digestionem ex illa humiditate attrahit stomachus, et post
mittit illam ad intestina: et post epar fugit humiditatem illam ab intestinis per uenas mesaraycas:
& sunt uenæ graciles dure continue pluribus intestinis, & per illas procedit illa humiditas gracili-
ando quousq; peruenit ad tantam graciliatiōem ubi diuidatur in uenas capillares: & illæ uenæ adu-
nant in unā magnā uenā in gilbo epatis. Et de illo loquitur post: & non fieret transitus nutrimenti p
illas uenas graciles nisi per iuamentum aquositatis potestatis: quæ aquositas non est alia uia neces-
saria corpori: ut est diuisio uenarum capillarum inter tot partes quousque diuidantur per totā sub-
stantiam epatis: & epar tunc poterit super materiam diuisam per ramos indigestionem: & ideo citi-
us fit digestio, & accidit in illa materia res similis ouum decoctioni, scilicet res spumosa, quæ est co-
lera: & fex mulieri & sanguis: & si ista decoctio fuerit superabundans fiet inde res adusta: & si non
fuerit res completa erit multum flegma: & spuma combusta est colera adusta: & fex adusta est in-
frigida adusta: & ambæ sunt non naturales aduste, & melius est in istis sanguis: & ille sanguis ad-
huc in epate erit ycorosus, & hoc propter immixtionem eius cum aqua: quia indigebat ad eius cir-
cuitum intra uenas capillares: sed cum intrauerit ille sanguis uenas colat se ab aquoso illo tendente
ad renes per unam uenam magnam rectam, cum etiam uenit ad renes sanguis dans ei nutrimentū
& residuum tendit ad uesicam, & sanguis quæ remansit in gilbo mundificatus stans ibi in uena ma-
gna quæ diuiditur in duas: quarum una tendit deorsum, & reliqua tendit sursum, & post per multos
ramos diuiditur quousque perueniatur ad uenas munitissimas aquarum orificiis exigens paulatim
imbibit membra: & residuum huius capituli querat aliq; ex doctrina mea in canoñ.

Capitulum. De humoribus.



Humor est corpus humidū cōcurans & alteratur ad bonū: & una pars quæ accidit ex
substantia cibi, & istud quod est superfluitas poterit aliquando questio uerti in humorē
bonum: & non necessarium esset auferri a corpore prius q̄ hoc contingat. Et dico quia
humiditatem corporis, quædam sunt primæ & quædam secundæ: & primæ sunt hūo-
res quattuor, & secundæ sunt quædam superfluitates quæ sunt diuise a principio, in tantū quod po-
tentes sunt transire in membra: sed non transierunt cum effectu completo: & sunt trium modo-
rum, & mamillarum est humiditas quæ dispergitur per membra sicut ros. Et est humectata: ut trā-
seat in nutrimentū cum membra habuerit dissolutionē: & est ad humectādum membra cum fuerit
desiccata propter aliquem motum fortem. Et secunda humiditas, est humiditas quæ proprie ē coa-
gulatiua: & est cibus alteratus ad membra secundum speciem complexionis: & non peruenit ad
complementum, & tertia humiditas est intras membra a principio cimenti: & suum initium fu-
it ei a materia embrionis: & principium embrionis fuit ab humoris. Et dico adhuc quod humida-
tes uel humorose quæ sūt bone: & superfluitates sunt quattuor modorū: sanguis & colera: & mella
& flegma: & sanguis est calidus & humidus: & est duorum modorum naturalis: & est rubeus bo-
ni odoris & dulcis, & est innaturalis duorum modorum: & est unus quo fit innaturalis: quando fit
hoc modo: non per immixtionem alicuius alterius rei extranee cum ipso: sed potius permutatiōe
in ipso secundum calorem aut frigus: & aliquando fit permutatio per mixtionē, & est duobus mo-
dis: aut propter humorem intrinsecum ueniētem intra ipsum: & corruptentem illam substantiā
sicut est generatio in sanguine spumosum: id est colera & fex, id est mella & aliqua illarum reman-
sit in sanguine: & iste modus secundum diuersas mixtiones nominatur, ita quod aliquando fit sicut

fex alba uel nigra uel rubea: & sicut mutatur aliquando in odore & sapore: & flegma naturale est materia sanguis, & flegma dulce in comparatione ad corpus parum est frigidum: & in comparatione ad sanguinem multum frigidum. Et. G. dicit qđ natura nō fecit mēbrum determinatū ad flegma: quia est propinquum sanguini: & necessarium est omnibus membris, & ideo eius cursus est similis cursui sanguinis: & tunc dico quod hęc est aut necessitate aut utilitate: sed determinamus in canone, & utilitas est ut remolliat iuncturas propter cōstrictionem & calorem mouentem: & est portio eius gipsea quę inspissabatur in iuncturis propter cōsumptionem suarum partiū subtilium, & causa falsedinis est imixtio particularium terrestrium amararū cum humiditate aquosa: & hoc secundum æqualitatem: quia si periculose aduste essent multe faceret salem cum quibus operantur erit melior. Phisicus dixit quod illud flegma poterit fieri salsum per putrefactionem in ipso. Et in trāsmisione colere ad intestina aliquando accidit opilatio: & dicitur colica: & erit egestio tunc alba: & color citrinus: & aliquando citrinatur colera in se, & accidit cinis in ea: & sua citrinitas adunatur cum aquositate sua & res pessima: & colera innaturalis quādoq; generatur in epate, altera in stomaco, et quod in epate est subtilius & cineratur: sed pessima generatur in stomaco ex adustione uitelline: & tunc ingressit combustum & immiscetur naturale cum illo: & efficitur uiride & pessimū comburitur multum efficitur uiridissimū, & istud est quasi uenenum.

Capitulum, De modo cibandi animalium.

Dixit magister primum quod omne animal quod cibatur: aut habet sanguinem aut rem loco sanguis: & omne animal sanguineum est callidius: & maxime mas: & iam dixit magister hi marinum quod mulieres sunt magis calide: & propter hoc patiuntur menstruum. Sed abocalim dixit contrarium: & fuerunt antiqui qui putauerunt quod sanguis & colera fuerint frigidi: & dixit quod aliquando dicitur multis modis: quia callidum dicitur, eo quod calefacit tactu sicut ignis: & dicitur callidum: quia cum fuerit inter receptum calefacit: & aliis modis quos numerauerimus: & dicitur callidum: quia multum de sua specie potest calefacere & modicum nō: sicut apium: & dicitur callidum: quia tarde deponit calorem quę recipit: sicut plumbū & cornua cinerosa cum calefiunt profundant ignem in se: & cum abluuntur redeunt frigida & sicca: aut est secundum reuenciam: ut in lapide: & per accidens: ut in glacie. Sed animalia aquosa quę habent sanguinē subtilem aquosum sunt cinerosa: & quę habent sanguinem spissum sunt magis audacia: quia calor magis retinetur in lapide quā in aqua: & ideo retinent calorem diu: ut porci & camelli, ut boues & leones. Et ita in homine grossi sanguinis: & ideo animal nō habens sanguinem non habet sepem neque zirbum, quia in zirbo & sepo est terrestreitas frigida: & propter hoc de flegma coniungitur: & hoc quia in animali non habente dentes in mandibula superiori: citius congelabatur uel congelatur sepem cum fuerit liquefactum, quia ista animalia sunt multum terrestria: & ideo habent cornua & ungues & non ita congelatur sepem ceterorum animalium: & quando multiplicabatur pinguedo in corpore interficit: quia congelat calorem naturalem, & ossa & sepem non habent sensum: quia sunt adhuc. quod sanguis congelatus. Et sua digestio est similis digestionī carnis: & postquam frigus fuerit potens supra corpus inducitur mors: & postquam fuerit multiplicata pinguedo in corpore rescinditur generatio & infrigidabitur sanguis: & medulla ossium est ex dissolutione subtilis sanguinis qui nō uenit ad perfectam digestionem quantum uia eius quod peruenit ad perfectam digestionem: est uia ad carnem. Et medulla assimilatur spermati secundum unum modum: & medulla pueri est sanguinea. et medulla iuuenum est ex accutiore sanguine quā medulla senum. Et medulla est sustentamentum ossis: & est superfluitas cibi ossis quę conuertitur intra in expressione: & est etiam cibus ad os: & inter illos sermones non est diuersitas & non est mirum hoc, quia medulla cum est multa poterit ex ea conuertit quid ad cibum: & tunc non est opus in hoc medico disputare, & uniuersaliter medulla est sanguis alteratus ad ossis naturam. Et animal quod habet strituram in osse: & multum ossitatis nō indiget sustentamento medulle: non habet medullam sicut leo, & iuuat ad hoc calor, & animal non habens os non habet medullam nisi nucham: & nucha quę circundatur spinis. Et medulla licet sit fundamentum neruorum: neque tamen ad aliud. scilicet quod est quasi continuamentum: & ligamentum spondiliorum non est solum sicut cooperimentum nuche: sed erit ut sint origo ossium super quę fundatur corpus & putant quidem cum continetur nucha cum cerebro, quod ideo natura eorum sit una: sed errant in hoc: quia medulla cerebri est frigida: & spinalis medulla est callida: & significat super hoc sua pinguedo, sed nucha acquirit hanc complexiōem a corde: et licet sit medulla callida ista nuchalis nō: tamen desiccatur: quia recipit humiditatem continue a cerebro. Et quod dixit magister primum: quia putant quod substantia cerebri sit sentiens, & habebat uirtutē sentiēdi: sed nō est ita: quoniam est talis qualis medulla: est quę intra ossa: dico quod nō dolet cerebrum pro apostema in sui substantia: sed pro apostema pluit:

& non est uetitum, quoniam in cerebro aliquid repositum sensuum: & spiritus vitalis & tamen illud non erit sentiens, & illud est quoniam cerebrum est principium uisus, & tamen non uidet et est principium uirtutis motiue uoluntarie: nec tamen mouetur uoluntarie. Sed certe principium istarum uirtutum est spiritus qui est in eo ut in archa uirtutis quae desinit ad membra continuata cum medulla, sicut est testa capitis quae est archa medulle. Et non quod aliquid cum fuit archa aut transitus alicuius uirtutis quod ipsum sit participans eandem uirtutem, sicut duo nerui obiecti qui sunt uacui, & non sunt uirtutes contingentes in illis neruis: sed in cerebro est unum quod non habet uasa: et illud est etiam quoniam ipsum aequat calorem spiritus calidi, & propter hoc spiritus magis aequabit sensum & motum, aut sicut spiritus qui est in corde & cordis uirtutibus: & cum peruenerit ad medullam erunt operationes in quibusdam eorum magis tunc apparebunt. Et erit ille spiritus operans uniuersaliter, & tunc cum fuerit in epate erit eius uirtus magis operans. Tunc igitur archa causa medulle erit secundum intentionem spiritus sensibilis proprie: et suae aequationis non: ut sentiat per se in sui subiecto. Et iam dixit philosophus quod tactus est cum aequalitate: & omne animal magis aequalis complexionis sunt sua membra magis tangibilia, deinde testatus est per se: quod medulla non est cum aequalitate, & non est suus exitus a parte complexionis ad calorem: sed ad frigiditatem, & tunc non debet sibi medicus accipere uerba ista propter ratiocinationem: sed cor est aequatum secundum unum modum in sui substantia: quia est carnale: et si declinauerit declinabit ad complexionem calidam quae etiam non aufert uirtutes, sed et augmentat. Et quod magis impedit cor cum non obedierit illi spiritus et uirtutes cordi, & hoc quando illi erunt frigidi: sed non est tam uetitum quod illud quod est magis calidum magis sentiat. Sed consilium quod uidetur mihi optime est quod principium sensibile est spiritus. Et non est opus ut ideo sit archa suae generationis: ut archa suae aequationis: aut suae custodie sensibilis praeterquam est opus ut participet complexionem quam recipiat a spiritu uirtutem sensibilem & sensum. Et substantia carnalis est magis digna cum hac quam substantia frigida & humida aquatica: & istud non est iudicium meum certum neque credibile. Et notum est quod spiritus est aptus recipere istas uirtutes hac uia, ut sit talis: non quod sit aequalis. Sed inspiratio non aequat illum spiritum eo quod infrigidat ipsum tantum: sed quia uetat calidissimum quod intendit in dissolutione spiritus: & quod intendit diminuire ab illo spiritu euaporationes sunt flas: sed membrum cum quo erit sensus & diminutio: sed membrum inter membra sensibilia uidetur quod sit magis sensibile quod est magis aequale est magis sensibile: & cerebrum factum est frigidum aequidistans cordi: ut refrenet calorem & sui ebullitionem, & quod iuuat spiritum sibi uenientem aliqua aequalitate: quae aequalitas sit conueniens ad suum motum: sed uirtus intrat ad cerebrum a corde & cum spiritu: sed spiritus procedens in ipsum retificat eius substantiam multis modis: sed nutrit etiam crescere & in aliis: & tunc cum fuerit aequalis non iuuabit ad illam aequationem: neque erit aequatis, & tunc singulariter ad unum opus & non uenient super ipsum operationes multae: quarum una impediatur alteram: & propter hoc cum ille spiritus aptatus fuerit ad suum & transferit ad epat: & complexionem epatis faciet stare cum fuerit aptatum ad sensum: & motum, & dimittet ipsum tamen ad operationem nutrimentalem: & tunc ista membra quae sunt post cor mutant complexionem: & tunc faciunt spiritum carere uigore: & illud est essentialiale. Et dicam etiam quod spiritus est maioris uirtutis in operatione secundum accidens, & hoc quia euacuat, & euacuat quia declinat ad operationes alias: et est post coniuncta cum primo membro: & primum instrumentum anime in medio eorum calor naturalis. Et anhelitus instrumentum primum anime in medio eorum calor naturalis. Et anhelitus instrumentum primum est calor naturalis: & cum illo in instrumento complet omnes operationes suas: & iam positum est instrumentum in medio eorum. Et multiplicauerunt sanguinem ei: & calor suae complexionis iuuat ad exercitationem sui corporis: licet calor non sit prima causa essentialis ad hoc: sed uirtus informatiua non fecit futuram capitis & superiorem eius partem aquae dicta sibi similibus: sed fecit illam partem multum mollem, & hanc in periculis, & ideo ille puer, qui erit debilis qui habet membra debilia: & maxime ille qui habet cerebrum debile quod creatum est in subtilitate hominis: & non creatus fuit in illa humiditate, nunc transeamus ad membra interiorum.

Capitulum, De animalibus sanguinem habentibus.

Dixit omne animal habens sanguinem habet cerebrum: sed animalia nutritiua: & pars malchie habent cerebrum: & hoc habet medullam maiorem respectu sui corporis quam caetera animalia: & hoc est quia eius magnitudo est necessaria multum uirtutibus animalibus & spilibus & cogitationibus rationali quam non habent caetera animalia. Sed anathomia in cerebro hominis est, quia pars eius tendit ad medullam, & reliqua ad pelliculas: & tertia ad quosdam uentriculos plenos spuma, sed nerui sunt quasi rami emanantes ab illa: sed illi nerui non sunt proprie de sua substantia: & tunc caput habet media

De natura animalium

